BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM GRAECORUM
ET ROMANORUM
TEUBNERIANA

MINUCIUS FELIX
OCTAVIUS

EDIDIT

H. BOENIG



LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI

Verlag von B. G. Teubner in Leipzig.



Presented to
The Library
of the
University of Toronto
by

Mrs. W. H. Jackaberry
in memory of
her husband.

kleinere Abschnitte und bietet Gelegenheit, falsche Auffassungen und [illegible], die seitens der Kinder, je nach der Altersstufe mit geringerem oder größerem Verständnis, ausgesprochen werden, von vornherein aus dem Wege zu räumen, während die Erzählung von persönlichen Erlebnissen des Vaters das Gespräch belebt. ... Das vorzügliche Buch wird allen Naturfreunden vom 13. Jahre an reiche Anregung und interessante Einblicke bieten. (Pädagogische Reform, 18. Dezember 1901.)

Verlag von B. G. Teubner in Leipzig.

Streifzüge durch Wald und Flur.

Eine Anleitung zur Beobachtung der heimischen Natur in Monatsbildern. Für Haus und Schule bearbeitet von Oberlehrer **Bernhard Landsberg.** Dritte Auflage. Mit 84 Illustrationen nach Originalzeichnungen von Frau H. Landsberg. 1902. In Original-Leinwandband *M.* 5.—

Jeder Zeile des Buches merkt man es an, daß der Verfasser beseelt ist von einer glühenden Liebe zur Natur und daß er sich selbst mit vollster Hingabe der Beobachtung des pflanzlichen und tierischen Lebens widmet. Daß ein Unterricht in der Naturbeschreibung, wenn er im Sinne der „Streifzüge" von einem für seine Aufgabe begeisterten Lehrer erteilt wird, ganz außerordentlich fruchtbringend sein muß, darf wohl als selbstverständlich hingestellt werden. (Pädagogisches Archiv 1895, Heft 9.)

Die Art der Darstellung ist fesselnd und anregend im höchsten Grad. In Summa ein schönes und vorzügliches Buch, das wir Freunden der Natur für sich und ihre heranwachsenden Kinder aufs wärmste empfehlen. (Schweizer Lehrerzeitung.)

Heimatklänge aus deutschen Gauen.

Für jung und alt ausgewählt von **Oscar Dähnhardt.**
Mit Buchschmuck von **Robert Engels.**

I. Aus Marsch und Heide. Niederdeutsche Gedichte und Erzählungen.
II. Aus Rebenflur und Waldesgrund. Mitteldeutsche Gedichte u. Erzählungen.
III. Aus Hochland und Schneegebirg. Oberdeutsche Gedichte und Erzählungen.

In künstlerischem Umschlag geheftet je 2 Mk., gebunden 2 Mk. 60 Pfg.

. . . Es ist ein rechtes Volksbuch und kann und wird mithelfen, ein neues Band herzustellen zwischen den oft noch durch die Eigenart getrennten Stämmen Germaniens; die Eigenart soll bleiben; sie verleiht der Gesamtheit eine unberechenbare Stärke; aber die räumlich Geschiedenen erfahren hier von einander, wie sie im Denken und Empfinden doch zusammengehören als Kinder einer Mutter. Es ist meist „hausbackene", „bäuerliche" Poesie, die uns hier geboten wird, aber „kerngesund", in den Kreisen entstanden, die unsere „Attackenreiter" und „Scharfschützen" stellen und die — das nicht zu vergessen — auch in die Reihen der „Ritter vom Geiste" immer wieder frisches Blut bringen. (Sächsische Schulzeitung, Literar. Beilage, 6. Dezember 1901.)

Verlag von B. G. Teubner in Leipzig.

Zum Aufsatz-Unterricht.

Man verlange das Verzeichnis der in nachstehend aufgeführten und anderen Büchern behandelten Themen:

Bindel, Dispositionen zu deutschen Aufsätzen für die Tertia höherer Lehranstalten. Zwei Bändchen. geh. M. 4.—, geb. M. 5.—

Cholevius, Dispositionen und Materialien zu deutschen Aufsätzen. Vier Hefte. 11., bezw. 9. Auflage. geh. je M. 1.—, geb. je M. 1.50.

—— praktische Anleitung zur Abfassung deutscher Aufsätze. 6. Auflage. geh. M. 2.40, geb. M. 2.90.

Gelbe, Stilarbeiten. geh. M. 2.40.

Gossel, praktische Aufsatzschule. geh. M. 3.—, geb. M. 3.50.

Hense, deutsche Aufsätze für die oberen Klassen höherer Mädchenschulen. 2. Aufl. geh. M. 3.20, geb. M. 3.60. In 3 Abteilungen: geh. M. 1.—, 1.60, 1.—

Hoffmann, 50 Themata zu deutschen Aufsätzen. geh. M. 1.—, geb. M. 1.40.

Kappes, Leitfaden für den Unterricht in der deutschen Stilistik. 5. Aufl. kart. M. —.80.

Krumbach, deutsche Aufsätze. Drei Bändchen. geh. je M. 1.60, geb. je M. 2.—

Kutzner-Lyon, praktische Anleitung zur Vermeidung der hauptsächlichsten Fehler in Anlage und Ausführung deutscher Aufsätze. 3. Aufl. kart. M. 1.—

Mosengel, deutsche Aufsätze im Anschluß an den deutschen Lesestoff. geb. M. 1.40.

—— Neue Folge M. 1.80.

Naumann, theoretisch-praktische Anleitung zur Abfassung deutscher Aufsätze. 7. Aufl. geb. M. 4.40. In 3 Abteilungen: M. 1.50, 1.50, 2.—

Ullrich, deutsche Musteraufsätze. 2. Aufl. geb. M. 2.80.

Weise, Prof. Dr. O., Musterbeispiele zur deutschen Stillehre. geh. M. —.30.

Prospekte unentgeltlich und postfrei von der Verlagsbuchhandlung B. G. Teubner in Leipzig.

LL
M6683Bo

WH Mackaherey
5800 Jackson ave
Chicago

M. MINUCII FELICIS

OCTAVIUS.

RECENSUIT ET PRAEFATUS EST

HERM. BOENIG.

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

BG

28640
18. 1. 33

LIPSIAE,
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MCMIII.

EDITORIS PRAEFATIO.

M. Minucii Felicis libellus, cui Octavius titulus est, medii aevi temporibus Arnobii libris septem tamquam liber octavus adhaesit et sic in volumine admodum corrupto casu nobis servatus est. In praefatione Arnobianae editionis suae, quae consilio et impensis academiae Caesareae Vindobonensis anno 1875 prodiit, Augustus Reifferscheid codicem illum, quem anno 1867 Parisiis contulit, sexto decimo saeculo Romae fuisse docet, postquam Faustus Sabaeus, bibliothecae Vaticanae custos, eum in bibliotheca Helvetiae aut Germaniae repperit et emit. Anno 1543 primus Arnobium edidit. 'Roma codex in Galliam translatus est una cum Arnobio typis expresso, quem Faustus Sabaeus Francisco primo dedicavit eidem regi, ut coniciendum videtur, dono datus; saltem Henrici secundi aetate in bibliotheca regia fuit, ut tegumenta eius etiamnunc indicant: rursus anno 1583, quo Fulvii Ursini editio Romae prodiit, in hac urbe codicem Arnobii fuisse nullum quae de subsidiis suis Ursinus in praefatione narrat, satis ostendunt' (praef. p. VII et VIII). Hodie codex in bibliotheca maxima Parisiensi (no. 1661) reservatur. 'Scriptus est', ut ibidem discimus, 'nono saeculo ineunte litteris minusculis a calligrapho: in eo, quod raro in alio codice eiusdem aetatis et scripturae invenias, verba fere non separantur. transscriptus autem est ex libro, qui litteratura cursiva exaratus erat, eius generis, unde scriptura quam vocant longobardica enata est.' Hunc vero librum ex alio descendisse, qui uncialibus litteris scriptus fuerit, et utrumque aut certe antiquiorem codicem in terra scriptum esse, ubi lingua Romana viguerit, et Parisinum nostrum in monasterio (Sangallensi vel Fuldensi), ubi

litterarum studia floruerint, ortum esse primum corruptelis, quae a librariis succedentibus factae sint, deinde notis ex more antiquorum in margine positis, tum diligentia idem vir doctus convincitur, qua codex, postquam scriptus est, corrigebatur. Correctiones autem diversae diversa aetate in codice Parisino ita institutae sunt, ut antiquae accurate a recentioribus sint distinguendae. Librarius enim ipse saepissime inter scribendum errores a se commissos sustulit, vel alia manus, quae a librarii manu distingui non potest, codicem cum archetypo collatum emendavit. Huius opera interdum verba omissa adduntur (p. 16, 26; 30, 26; 44, 6; 52, 9) totidemque litterae vel syllabae perperam insertae rasura delentur (p. 3, 13; 4, 25; 10, 8; 12, 17; 16, 11; 43, 5; 50, 1; 61, 12; 64, 12). Altera quaedam manus a priore distinguitur, cui haud raro contigit, ut locos leviter corruptos sanaret (p. 1, 18; 3, 19; 5, 12; 21, 13 etc.). Eiusdem studium orthographiae novandae nonnusquam perspici licet (p. 9, 7. 21; 10, 7. 21; 17, 7; 40, 6; 46, 26; 58, 1 s., 63, 6). Cum autem exemplari careat, multa quoque in codicis restituendi labore peccavisse iudicandus est (p. 8, 5; 30, 3; 50, 6; 62, 12). — Praeter hunc librum alius fons neque Arnobiani neque Minuciani textus constituendi detectus est; nam Bruxellensem sive Burgundiacum codicem (no. 6851), qui sextum decimum saeculum superare non videtur, Parisini illius apographum esse neque ullius momenti ad artem criticam habendum iam dudum a viris doctis perspectum est. Editio quoque princeps Romana ex eodem codice parum diligenter facta est, non, ut Muraltus, qui Octavium anno 1836 edidit, opinatus est, ex tertio quodam codice nunc amisso expressa est. Quae ita esse ex lectionibus editionis principis, quas Halmius in commentario critico editionis Vindobonensis enumeravit, satis constat. Collationem codicis Parisini Andreas Laubmann, sodalis quondam seminarii philologici Monacensis, in usum Caroli Halmii suscepit et tanta cura ac diligentia confecit, ut de nullo iam loco dubitari posse, quid in codice unico

scriptum inveniatur, omnes, qui post eum codicis inspiciendi facultate utebantur, consentiant. Tam diligenti cura eo magis opus esse videbatur, quo corruptior libellus ad nos perlatus est. Librarius enim cum linguae Graecae et Latinae tum philosophiae veteris admodum ignarus fuisse videtur, quem argumentum vel sententiam verborum sive Arnobii sive Minucii, quae exemplari fortasse non satis clare scripto usus litteris mandavit, parum intellexisse verisimile est. Cuius rei praeter innumerabiles fere errores cuiusque generis plurimorum quoque nominum propriorum inprimis philosophorum veterum depravatio argumento est, quae praeter Socratis, Platonis, Diogenis adeo nesciebat, ut recte ea perscribere nequiverit. Pauca exempla sufficiant: p. 11, 5 *Diagoras Melius*] *dargoras milesius;* 11, 11 *Protagoram*] *pitagoram;* 28, 10 *Speusippum*] *zeuxippus;* 31, 14 *Euhemerus*] *erueret;* 35, 17 *Oetaeis*] *henneis.* Itaque non dubito Augusto Jo. Kronenberg assentiri, qui p. 34, 13 s. *Ceres errore subreptam et corruptam Liberam . . . vestigat,* in *errore* latere nomen corruptoris opinatus coniecerat *Orco.* Et ipse loco vexatissimo difficultatem sustulisse confido p. 4, 20 *si placet ut σκέψεως (ipsius P) sectae homo cum eo disputem;* sic enim Minucius Graecum illud ὁ ἀπὸ τῆς σκέψεως (Sext. Empir. pyrrh. I 229) in Latinum sermonem vertit. Permultis deinde locis vocabula depravata, duplicata, omissa, dementer transposita, de quibus infra agetur, non minus quam interpunctio, quae haud raro nullum sensum admittit, ignorantiae eius qui codicem nostrum perscripsit documenta sunt.

Quae cum ita sint, nil mirum est Octavium corruptissimum ad nos venisse et, ut ait Baehrens in editionis Lipsiensis suae praefatione, omnium vel foedissimarum corruptelarum quasi quendam thesaurum iure posse vocari huius libelli textum. Mendorum autem originem et naturam hic vir doctus non satis perspectam habuit, qui magna sagacitate, sed minime caute ac diligenter verba Minucii, ubicunque ei emendabilia esse videbantur, summa

libidine et licentia usus commutavit et studio corrigendi tantopere habenas remisit, ut paene alterum Octavium, non iam Minucii Felicis, in lucem protulerit. Ea re merito vituperationem gravissimam eorum omnium subiit, qui verba scriptoris uniuscuiusque potius recte intellegi quam vi affici oportere iudicant. Longe igitur aliam viam ingressus primo corruptelas, de quibus quomodo corrigendis dubitatio exsistere non potest, in ordines describere et ita fundamenta iacere temptavi, in quibus ratio certior emendandi exstruatur.

Ac primo quidem commemorandae sunt corruptelae, quarum origo inde declaratur, quod librarius exitum vocabuli alicuius fortasse neglegenter scriptum non recte intellexit, veluti pro *et* scribitur *e* et contrarium. p. 63, 20 *retudisset*] *retudisse*, 60, 22 *possit*] *posse*, 61, 20 s. *furor et turpitudo*] *furore turpitudo*. — p. 41, 17 *testatus es*] *est*, 50, 1 *nec videre fas*] *nec videret* (*t* erasa) *fas*, 49, 4 *epotis*] *et potis*. — Interdum *d* perperam irrepsit. p. 40, 9 librarius ipse *et quos* correxit ex *et quod*, 27, 11 *a nobis*] *ad nobis* (ante rasuram), at p. 2, 4 *(in illo sermone) quo*] *quod* ut rasura *d* delere omissum est, ita apponere 18, 19 *ecquid*] *et qui*. — Interdum *s* finale omissum invenitur p. 5, 22 *rudes*] *rude*, 15, 16 *mortuis*] *mortui*, 49, 13 *Romanis*] *romani*. — *s finale* falso additum plerumque rasura sublatum est p. 12, 17 *praefanda*] *praefandas*, 23, 14 *perspici*] *perspicis*, 31, 1 *creduli*] *credulis*, 45, 10 *infestare*] *infestares*, 50, 20 *promisce*] *promisces*, 61, 12 *nobilitate*] *nobilitates*. — At perperam mansit p. 9, 19 *anheli*] *anhelis*, 46, 28 *vultu*] *vultus*, 58, 20 *qui*] *quis*, 60, 15 *dimitti*] *dismitti*. — Saepissime peccat librarius cum *m* declinationis finale eiusve siglum vel adiungit per errorem vel omittit p. 56, 7 *corpus omne ... sive in cinerem comprimitur vel tenuatur in nidorem*] *nidore*, 57, 7 *poenam destinatam*] *destinata*, 62, 12 *auram bonam*] *bona;* simile mendum librarius correxit p. 21, 14 *claritatem*] *claritate*, et Wopkens recte scripsit p. 16, 8 *in dulcedinem*] *dulcedine*. Dubitant viri docti, utrum p. 60, 11 *Mucium Scaevolam*,

qui cum errasset in rege, perisset in hostibus, an, ut habet codex, *in regem* legendum sit. At *in c. abl.* praeferendum esse videtur coll. Cic. fin. 20 *si erratur in nomine*, cum apud Liv. XXXI 12 *foeda omnia et deformia errantisque in alienos fetus naturae visa* contrario fere sensu *errare in aliquem* legimus; neque enim in regem, sed in scribam eius Mucius Scaevola erravit. — p. 43, 6 s. habet P *Hostanes ... angelos id est ministros et nuntios dei sed etueri ... novit*, ubi librarius falso *et* rasura delevit, ut relinquatur *dei sed veri*. Recte vidit W. Hartel *m* post *sede* omissum esse et Minucium scripsisse: *angelos, id est ministros et nuntios, dei sedem tueri.* — p. 19, 6 more infimae latinitatis a librario accusativus pro ablativo scriptus est: *sine dilectum.* — p. 12, 1 legimus *pro mira* (corr. ex *miram*) *stultitia et incredibilis* (sed rasura factum *incredibili*) *audacia!* Hoc loco librarius praepositionem opinatus *pro* cum ablativo coniunxit, ut ex rasura eius intellegitur. Interiectioni autem *pro* casus vocativus non insolenter adiungitur, ut Hor. carm. III 5, 7 *pro curia inversique mores!* Halmio igitur, qui *pro miram stultitiam et incredibilem audaciam!* exspectat, adstipulari nequeo.

Multo etiam saepius quam in exitu singulae litterae mediis vocabulis vel inseruntur vel adimuntur: p. 19, 13 *malint*] *mallint;* 38, 8 *malunt*] *mallunt;* 61, 23 *infigit*] *infligit;* 11, 22 *foederatur*] *foederantur;* 12, 25 *fabulatur*] *fabulantur;* 13, 12 *canis*] *carnis;* 16, 9 *nimium*] *nimirum;* 18, 8 *postridie*] *posttridie;* 28, 7 *capiatur*] *capitatur;* 55, 14 *praedictionibus*] *praedicationibus;* 16, 11 *saltem*] *salitem;* 64, 12 *infirmum*] *infirmium;* 40, 17 *Larentia*] *laurentia.* — 27, 6 *verba*] *vera;* 35, 6 *uberibus*] *ueribus* 58, 17 *uberius*] *uerius;* 57, 2 *libris*] *liris;* 59, 7 *contingere*] *continere;* 30, 8 *opiniones*] *opiones;* 34, 22 *mimi convicio*] *mimico vitio;* 46, 5 *perirent*] *perient;* 49, 10 *immolaretur*] *immolaetur;* 16, 20 *sentis*] *senis;* 21, 13 *exierunt*] *exerunt;* 48, 4 *conscientiam*] *conscentiam;* 1, 18 s. *gloriosius*] *glorius;* 5, 12 *sententia*] *sentia;* 12, 21 *antistitis*] *antistis;* 47, 10

inpudicitiae] *inpuditiae;* 50, 10 *adfirmator*] *adfirmor;* 16, 1 *pollicitationis*] *pollicationis.*

Rarius in initio vocabulorum aliquid deest: p. 5, 12 *ex tuis*] *exuis;* 34, 17 *tinnitus*] *initus;* 42, 5 *Tiresias*] *ire sias;* 57, 23 *minor*] *inor;* 63, 6 *praeferimus*] *raeferimus;* 44, 9 *somnos*] *omnes;* 31, 12 *historicorum*] *stoicorum;* 38, 24 *testa*] *exta;* 41, 7 *inter aras*] *in terras.*

Non desunt exempla, ubi complures litterae inter se transpositae sint: 17, 23 *persensit*] *praesensit;* 28, 7 *Xenophanen*] *xeonfanen;* 36, 4 *Martem*] *matrem;* 37, 11 *ligneus*] *lingeus;* 42, 6 *Pyrrho*] *phyrro;* 50, 14 *conubia*] *conbuia;* 63, 7 *summa*] *sumam.*

Restat denique corruptelarum genus ex litteris perperam lectis enatarum, quibus nihil in codice nostro frequentius est. Atque ut a vocalibus incipiamus, et in stirpibus et in terminationibus confunduntur *e* et *i:* p. 52, 22 *mireris*] *mereris;* 45, 25 *paeniteret*] *peneteret;* 14, 20 *districtus*] *destrictus;* 28, 3 *discriptio*] *descriptio.* — 13, 10 *sexus omnis homines*] *hominis;* 18, 5 *Simonidis*] *simonides;* 39, 17 *alienas virgines*] *virginis;* 25, 2 *sideribus*] *siderebus;* 30, 4 *inveneris*] *inveniris;* 36, 12 *accipit*] *accepit;* 33, 18 *possent*] *possint;* 49, 1 *audire*] *audere;* 59, 3 *in hoc itinere*] *itineri;* 19, 9 *in verisimili*] *verisimile;* 30, 27 *inprovide creduli*] *inprovidi* coll. p. 19, 17 *incaute creduli;* 6, 3 *scrutari*] *scrutare,* quam verbi formam hac una auctoritate confirmatam Neue III[3] p. 88 perscripsit. — *a* falso ponitur pro *i*: p. 27, 23 *Anaximenes*] *anaxamenes;* 35, 15 *ignata*] *ignita;* 59, 10 *humana*] *humani;* (10, 8 *Trasimenus*] *thrysimenus*); eadem cum *e* confusa 44, 12 *altarium*] *alterium;* 45, 2 *fassis*] *fessis;* 48, 3 *at*] *et.* — *nomen* et *numen* sine dubio commutavit librarius p. 14, 11 *ut sit (deus Iudaeorum) Romanis numinibus* [*nominibus*] *cum sua sibi natione captivus*, quem locum recte sic interpretari oportet: deum Iudaeorum a Romanis subiectorum in captivitate deorum Romanorum teneri. Minus recte *nomen* pro *numen* malebat Luebkert, p. 48, 9 *sic eorum (principum) numen vocant;* legimus enim apud Sueton. Caligula 24 *per numen*

Drusillae deieravit; Tac. ann. I 73, 9; III 66, 5 *violatum numen Augusti;* Plin. paneg. 2 *(principi) nusquam ut deo, nusquam ut numini blandiamur.* — Neque in his vocabulis solis *o* et *u* permutantur: ita p. 11, 4 *Theodorus*] *theudorus;* 8, 21 *colunt deos, quos alius iam sprevisset iratus*] *iratos;* deos enim iratos placare, non spernere mos erat et Romanorum veterum et plurimorum aliorum populorum; sed hae gentes ob cladem acceptam iratae deos vernaculos spreverunt ac deseruerunt. — Porro miscentur *o a e i,* velut 12, 4 *solacio redivivo*] *rediviva;* 28, 11 *vim animalem, qua*] *quo;* 34, 4. 7 *Cynocephalus*] *cynecefalus;* 50, 9 *Fronto*] *fronte;* 23, 10 *astrologis*] *astrolegis;* 4, 12 *dolere*] *dolore;* 28, 4 *motus*] *metus*, quo loco Meursii et Rigaltii emendatio a Cicerone confirmatur, apud quem legimus de deor. nat. I 26 *inde Anaxagoras... rerum discriptionem et motum mentis infinitae vi ac ratione designari et confici voluit.* cfr. Aristot. Phys. Ausc. VIII 1 *φησὶ γὰρ (ὁ Ἀν.) ὁμοῦ πάντων ὄντων καὶ ἠρεμούντων τὸν ἄπειρον, χρόνον, κίνησιν ἐμποιῆσαι τὸν νοῦν καὶ διακρῖναι.* — p. 3, 10 *ibi harenas extimas ... perfundens lenis unda tondebat*] *tendebat* coll. 4, 6; 49, 12 *Gallis*] *gallos;* 27, 14 *varios*] *variis*, 53, 1 *sub oculis non venit ventus et flatus,* ubi Heumann *oculos* scripsit, quem Halm sequi noluit, cum in Lactantii quoque divin. inst. VIII 9, 2 meliores codd. habeant *deum licet sub oculis non veniret, de sua tamen vi cerneremus.* — Minus frequenter in litteris consonantibus erravit librarius. Permutantur *n* et *p* p. 2, 26 *voluptate*] *voluntate;* *r* et *l* p. 13, 11 *ubi convivium caluit*] *caruit;* *l* et *t* 36, 7 *Veneris loro*] *thoro;* 3, 24 *a terrena tabe*] *labe;* *s* et *x* 39, 7 *auxit*] *ausit;* 38, 24 *testa*] *exta;* *s* et *f* 20, 22 *ut fit*] *sit;* *s* et *n* 2, 4 *superstitionis*] *superstitiosis*; *s* et *r* 62, 22 *animamus*] *animamur;* 63, 9 *invidemus*] *invidemur.*

Cum aliis qui minus saepe legi solebant codicibus nostro id quoque commune est, quod in eo interpolationes alienam manum redolentes haud ita magno numero sunt. At multae repetitiones eiusdem vel litterae vel syllabae vel etiam vocis sive casu sive somnolentia librarii ortae

sunt, quarum nonnulla exempla, quae hoc manifeste ostendunt, nunc affero: p. 9, 19 *qui anheli[s]* ***spumantibus*** *equis;* 9, 21 *testis ludorum offensi[o]* ***Iovis*** *de* ***somnio*** *plebei hominis* ***iteratio****;* 33, 20 *ut iam eos . . . nec* ***aer****[a]* ***caperet*** *nec terra gestaret;* 48, 7 *non ut viris . . . sed ut* ***de****[e]is.* — p. 54, 16 *Antoni[ni] Iuliani;* 13, 9 *cum* ***soro****[ro]ribus;* 38, 17 *est quo viro non* ***licet****[et] nonnulla absque feminis sacra sunt;* 41, 1 *Aegyptia illa non numina* ***sed****[et (erasum)] portenta;* 29, 16 *. . . Iovis partum et ortum Minervae et hoc genus cetera[rum]* ***rerum*** *vocabula esse;* 51, 12 *fastidiosi] factiosi;* 3, 12 ***toro****[ri] sisque;* 10, 1 *Dec[ur]* ***iorum*** *devotio.* — p. 9, 1 ***dum*** *aras extruunt[dum] etiam ignotis numinibus;* 47, 5 ***cum*** *plerisque vobis[cum];* simile vitium est 4, 10, quod Kronenberg, Minuciana p. 15 s. recte cognovit: *igitur* ***cum****[om] nës (Minucius et Octavius) hac spectaculi voluptate caperemur;* 46, 18 ***cum****[omn]ium* (*quoniam* Vahlen) *fama . . . ostensa veritate consumitur;* 7, 1 *soles alios* ***atque*** *[atque] alios semper splendere;* 30, 19 *talia monstruosa* ***mira****[mira]cula;* 58, 25 *aves . . . in diem[pascua]* ***pascuntur****;* 20, 20 *procul est ab eius[subtilitate] simplicitate* ***subtilis*** *urbanitas;* 28, 10 *notum est . . . Antisthenen populares deos multos, sed* ***naturalem*** *unum praecipuum; Speusippum vim [naturalem] animalem . . . deum nosse;* 30, 24 *quid illas aniles fabulas, de* ***hominibus*** *aves et feras [homines] et de* ***hominibus*** *arbores atque flores?*

Nihilo minus non desunt in codice Parisino glossemata, singula verba asyndetice plerumque adiuncta, quae interpretationi cuiuslibet vocis vel sententiae inserviunt. Haec initio inter lineas superscripta vel in margine annotata per errorem auctore librario succedente in textum delapsa sunt, velut p. 45, 2, ubi vocabulis *credite fassis* altera manu *de se verum confitentibus* suprascriptum est. Propter rei fatuitatem haud difficile ea cognosci neque cum asyndeto apud auctorem nostrum gratioso confundi possunt. Haec exempla sufficiant: p. 20, 19 s. *in Natali meo versutiam nolo[non credo];* 43, 22 *isti igitur impuri spiritus [daemones];* 43, 23 *ut ostensum magis ac philosophis [et a Platone];*

20, 22 s. *ut qui rectam viam nescit, ubi, ut fit, in plures una diffinditur* [*quia viam nescit*] *haeret anxius;* aliter autem res se habet p. 15, 7 *sibi mortuis extinctis . . . aeternitatem repromittere,* ubi [*mortuis*] Usener, *mortuis et extinctis* Ursinus, *morte extinctis* Heumann maluerunt; re vera nihil mutandum, sed hoc quoque loco asyndeton bimembre, quod Minucius a poetis antiquioris aetatis mutuatur, retinendum est, cuius rei exempla satis multa affert Lachmann ad Lucretium II 118.

Neque magis inter glossemata numerandae sunt crebrae illae explicationes *id est* inchoantes, quas auctor noster in enarrando copiosus affert et quas potius retinendas quam Wowero auctore delendas esse Halmio assentior. Semper enim aliquid novi sententiae addunt neque umquam omnino supervacaneae esse videntur. Eiusmodi sequantur pauca exempla, ex quibus quae modo dixi satis elucent: p. 39, 19 *(Romulus) cum earum (virginum Sabinarum) parentibus, id est cum soceris suis, bellum miscuit;* 39, 28 *templa omnia de manubiis, id est dė ruinis urbium, de spoliis deorum, de cadaveribus sacerdotum;* 43, 8 *angelos, id est ministros et nuntios;* cfr. p. 43, 17; 48, 10; 49, 20.

Non minus saepe librarius noster singulas litteras vel syllabas vel totas voces praetermittendi culpam commisit, praesertim si quid simile praecedit vel insequitur, quo oculi scribae indiligentis deflexisse videntur. Istae lacunae maxima parte facile intellegi atque expleri possunt: 12, 21 *antistitis*] *antistis;* 34, 25 *ludibria et dedecora*] *decora;* 64, 2 **de** *providentia fateor et* **de** *(om. P) deo cedo et* **de** *sectae iam nostrae sinceritate consentio;* 19, 8 *nescientes* ***in****esse et* **in** *(om. P)* ***in****credibili verum et* **in** *verisimili mendacium;* 37, 15 *deus tunditur malleis et* **in** *(om. P) incudibus figuratur,* coll. Arnob. adv. nation. I 39 *in incudibus deos et ex malleis fabricatos* et Octav. p. 36, 12 *(Vulcanus) Iovis fulmen . . . in incude fabricatur,* cuius voculae sane invectioni obloquitur Norden, de Minucii Felicis aetate et genere dicendi p. 21. — p. 59, 11 *fortitudo enim* **in** *(om. P)* ***in****firmitatibus, roboratur,* ubi confer ad

Corinth. II 12, 9 *ἡ γὰρ δύναμις ἐν ἀσθενείᾳ τελεῖται* (*virtus in infirmitate perficitur* Vulg.) p. 11, 3 *qui hanc religionem* ***tam*** *vetustam*, ***tam*** *(om. P) utilem*, ***tam*** *salubrem . . . infirmare nitatur;* 21, 22 *nihil itaque indignandum . . . si quicunque de divinis* ***quaerat, quae*** *(om. P) sentiat proferat;* 37, 15 *lapi****deus deus***] *lapideus;* itaque supplevi p. 15, 20 . . . *culpam tamen vel innocentiam* |*fateor*| ***fato*** *tribui sententiis plurimorum.* — Chiasmi figurae amator est Minucius, quod docent exempla haec: p. 6, 4 *beati satis satisque prudentes;* 6, 9 *caelum ipsum et ipsa sidera;* 31, 12 *historicorum scripta vel scripta sapientium;* 37, 8 *tormentis quibus, et quibus machinis;* 57, 18 s. *parentem omnium et omnium dominum.* His exemplis propositis aliquot lacunae facile explentur: 29, 3 *Cleanthes enim mentem* ***modo, modo*** *(om. P) animum, modo aethera, plerumque rationem deum disserit;* 38, 12 s. *ridenda* ***quam multa, quam multa*** *(om. P) etiam miseranda sunt;* 5, 8 *cum . . . repudiaris* ***alterum, alterum*** *(om. P) conprobaris;* 5, 21 *itaque indignandum* ***omnibus*** *et* ***omnibus*** *(om. P) indolescendum est;* 7, 9 *homines noxios feriunt* ***saepe*** *et* ***saepe*** *(om. P) religiosos.* Praeter has lacunas, quas commemoravi, aliae non desunt, quae non eadem facilitate expleri possint. In his locis sanandis viri docti curam et diligentiam quam maximam posuerunt neque tamen semper omnibus probati sunt. Certe nemo ad sententiam Canteri et Ursini non accessit, qui p. 26, 1 *tactu purior est* ex Cyprian. quod idola dei non sint cap. 9 init. feliciter suppleverunt. Et cum quaerimus, quid p. 15, 26 s. post *utrumne cum corporibus* desideretur, sine ullo dubio, alterum membrum interrogationis disiunctivae contrarium prioris continens deest, cuius verba recte, ut puto, Halm ex iis, quae sequuntur, mutuatus ita scribit: *utrumne cum corporibus* |*an sine corporibus*|; p. 24, 28 s. Vahlenio auctore post verba Octavi *caelum terramque* participium intercidisse suspicor, unde illud *caelum terramque* dependet; in qua lacuna supplenda non tam eius viri docti *perlustrans* sed potius *perscrutans* propter maiorem similitudinem insequentis *perspicias*

coniciendum puto et sic scribendum: *cum caelum terramque per|scrutans a|spicias providentiam.*

Graviores codicis corruptelae eae quoque inveniuntur, quae in traiectionibus positae sunt, cuius exempla iam alii deprehenderunt velut Wopkens, qui p. 26, 11, ubi in codice legitur *quem si patrem dixero, terrenum opineris, si regem carnalem suspiceris,* adiectiva *terrenum* et *carnalem* invicem transposuit; p. 54, 3 *non solum in oculis eius, sed in sinu vivimus* codex habet *non in solum oculis eius, sed in sinu vivimus;* p. 25, 14 Heumann probabiliter *tam magni imperii fortuna duos (duos fortuna P) non cepit* coll. Lucan. Phars. I 109 *populique potentis Non cepit fortuna duos* et Flor. II 13 (IV 2) § 14 *sic de principatu laborabant, tanquam duos tanti imperii fortuna non caperet;* p. 14, 24 Kronenberg, Minuciana p. 34—38 ordinem verborum restituit: *quasi . . . aut rupto elementorum omnium foedere et caelesti conpage, (moles ista P) qua continetur et cingitur, divisa* **moles ista** *subruatur;* p. 28, 6 s. *aristoteles variat et adsignat tamen unam potestatem; nam interim mentem, mundum interim deum dicit, interim mundo deum praeficit. aristoles ponticus variat alias menti divinae tribuens principatum. heraclides ponticus quoque de deo divinam mentem quamvis varie adscribit. theofrastus et zenon et crysippus et cleanthes sunt et ipsi multiformes, sed ad unitatem providentiae omnes revolvuntur.* Verba *aristoles ponticus* mendosa esse apparet variaeque emendationes a viris doctis tentatae sunt. Ursinus verba *aristoles — principatum* ut glossema expulit; verisimilius ea verba deleto emblemate *aristoles ponticus* post *theofrastus* p. 28, 20 transponenda esse C. Roeren in Minucianis Coloniae a. 1859 editis recte perspexit coll. Cic. de deor. nat. I 35 *nec vero Theophrasti inconstantia ferenda est: modo enim menti divinum tribuit principatum, modo caelo, tum autem signis sideribusque caelestibus.* Roereno loci huius depravatio inde nata esse videtur, quod veterrimus aliqui librarius scripto vocabulo *Theophrastus* oblitus erat verba *variat — principatum* addere, postea detecto errore in mar-

gine adscripsit. A posteriore autem librario verba nostra rursus in ipsum librum relata sunt; sed cum optime currere viderentur verba *Theophrastus et Zenon* etc., quo loco inserenda illa essent, non agnoscebatur. Ita autem deerat nomen auctoris, unde factum est, ut cum forte a legente quodam item in margine notata essent nomina philosophorum, quos Minucius recenset, ea nomina, quae proxime antecedebant, *Aristoteles* et *Ponticus* cum reliquis verbis in margine scriptis coniungerentur et ita in librum insererentur. — p. 63, 23 post *quantum* inserit P *eadem tranquillitate qua vivimus,* quae verba ex p. 62, 17 s. nescio quo casu aut librarii ingenio parum acuto repetita delevit Ursinus, quem omnes reliqui auctores secuti sunt. — Denique confusionem, quae est in capitibus 21—23, primus J. G. Lindner (cfr. eius excursum III p. 317 s. in ed. II) sustulit, quam inde ortum esse optime perspexit, quod in codice archetypo duas schedas inter se transpositas esse apparet (cfr. Halmii praef. p. XVIII s.) In capite 21 enim Octavius sic argumentatur: Illi, qui dii vulgo habentur, homines olim fuerunt et post mortem ob merita virtutis aut muneris consecrati sunt. Testimonia sunt 1. Euhemerus, Prodicus, Persaeus philosophi, 2. Alexandri Magni ad matrem epistula, ubi Vulcanum facit omnium principem, deinde Iovis gentem, cuius principem Saturnum hominem fuisse prodiderunt Nepos, Cassius Hemina, Thallus, Diodorus historici et Vergilius poeta. Postquam qua de causa Saturnus Caeli et Terrae (*Οὐρανοῦ καὶ Γαίας*) filius prodatur exposuit, ad Jovem redit, nam exemplum de Iovis gente petitum rei propositae suppetit, cum otiosum habeat (p. 33, 1) 'ire per singulos deos et totam seriem generis istius explicare, cum in primis parentibus probata mortalitas in ceteros ipso ordine successionis influxerit'. Sic omnia optime inter se cohaerent recteque procedunt. Ordinem autem nullum esse in codice Parisino, qui post historicos abrupte transit ad sacra et mysteria et postquam de forma et habitu deorum, de commentis poetarum locutus est, subito Saturni, cui nulla cum eis, quae

praecedunt, ratio intercedit, rursus mentionem facit, Lindner et Halm intellexerunt et omnibus, qui post hunc Octavium ediderunt, probati sunt. Supervacaneum igitur esset rem transactam denuo evolvere, nisi P. Schwenke, vir doctissimus et existimator intellegens Minucii (Goett. gel. Anz. 1890 p. 931), totam transpositionem irritam esse iudicasset, qua res arte inter se cohaerentes divellerentur. Haec cum ex aliis rebus tum inde colligit, quod Cyprianus, qui in libro 'Quod idola dei non sint' Minucii Octavium expilavit, cum verborum ordine, qui est in codice Parisino, consonare videtur. At si denuo rem examinaveris, Cypriani verborum (cap. 2) consensionem cum textu a Lindnero transposito maiorem et meliorem esse quam cum verborum ordine priore invenies. Omnia enim ibi optime inter se consentiunt, nisi quod Cyprianus ex exemplis hominum singulorum inter deos relatorum initium disputationis capit, cum Octavius philosophorum historicorumque scriptis commemoratis quae de consecratione docuerint in initio nobis referat. —

Venio nunc ad orthographiam, quae in codice Parisino tanta varietate et inaequalitate exstat, ut omnia turbentur atque misceantur. Neque enim librarius eandem scripturae rationem per easdem voces diligenter tuetur, quas saepissime duplici interdum triplici ratione (exempla: p. 26, 1 *conprendo;* 4, 2 *conprehendo;* 29, 20 *compraehendo.* — p. 60, 13 *dexteram;* 60, 14 *dextram.* — p. 11, 11 *consulte;* 13, 21 *consulto.* — p. 40, 19 *adversus ceteros;* 40, 21 *adversum suos.* — p. 15, 18 *ni festinet oratio;* 12, 16 *nisi subsisteret veritas*) scriptas invenias. Et cum Parisinus nobis unicus fons fluat, neque, ut alibi, singulorum codices varias lectiones spectare sanamque scripturam ex eis eruere neque ex corruptelis consone traditis ad archetypum redire nobis licet. Propterea scire nobis datum non est, utrum librarius, cui codicem Parisinum debemus, an priorum unus et alter an potius universi ob miram illam inconstantiam in rebus orthographicis culpandi sint. Noster certe non minus quam ii, qui diversis temporibus corrigendi munere fungebantur, pondus minimum orthographiae addunt et

rem, quae iis nullius utique momenti esse videtur, plane neglegunt haud ignari veteres scriptores propter rerum ac sententiarum quam continent copiam vel propter auctoris propriam scribendi rationem legi aliaque omnia arbitrio ac libidini librariorum tradi solere. Cuius rei noster quoque codex testis est. Nam cum in illo erroribus innumerabilibus inquinato satis multis locis vel librarii ipsius vel altera manus lapsus in scribendo factos sanare studeat, res orthographicas, si numerum earum spectes, paucas commutatas invenias, velut p. 5, 1 *obsequi*] *obsequii* P, sed corr., 10, 21 *solacium*] *solatium* P corr. m. 2; 23, 10 *astrologis*] *astrolegis* P corr. m. 1; 35, 8 *inberbis*] *inbarbis* ex *-vis* corr. P.

Atque ut de vocalibus incipiamus, nihil in codice nostro frequentius est quam vocalis *e* et *ae* permutatio, quae a saeculo II p. Chr. n. in manuscriptis latius vagari solet.

ae pro *e* in initio vocabulorum Latinorum
    22, 3 *aelementis*. 13, 11; 51, 5 *aepulae* (13, 9 *ep*-)
  in syllaba principali vocabulorum Latinorum
   1. pro *e* longa
    4, 5 *laenis* (2, 26; 3, 10 *len*-); 57, 15 *inexaesus*; 42, 1 *spraevit*; 45, 16 *haebes* (37, 7; 53, 4; 56, 6 *heb*-); 2, 29 *praessit*; 46, 8 *praessus* (47, 7 *press*-)
   2. pro *e* brevi
    43, 17 *laevitas* (59, 2. 4 *lev*-); 13, 12 *incaestus* (12, 14; 13, 18; 39, 14; 41, 5; 45, 18; 46, 1. 14 *incest*-); 10, 10 *inpraecatio*; 19, 12 *quaerella*; 20, 7; 42, 11 *quaeror*; 29, 20; 54, 20 *conpraehendo* (4, 2 *conpreh*- 26, 1 *conpren*- 9, 12; 27, 13; 36, 17; 50, 18; 57, 24 *depreh*-); 15, 16 *baeatus* (6, 4; 59, 3; 62, 16. 22 *bea*-)
  in terminationibus adverbiorum
    44, 10 *occultae;* 10, 23 *impiae* (alias *-e*)
  in casu ablativo tertiae declinationis
    9, 20 *de Persae*
ae = ε η in nominibus Graecanicis
    62, 25 *Arcaesilaus* (Ἀρκεσίλαος); 54, 15 *Iosaepus* (Ἰώσηπος); 29, 14 *Aesiodus* (Ἡσίοδος); 32, 19 *Craete* (Κρήτη, alias *Creta*)
ae = ει
    42, 11 *philippizaeno* (φιλιππίζειν)
e = *ae* in stirpibus vocabulorum Latinorum
    10, 5 *co-equavit*; 37, 13 *ereus*; 8, 12 *Esculapius;* 49, 13 *cedere*

(alias *caedere*); 53, 16 *celum* (alias *caelum*) 9, 5; 14, 9 *cerimonia* (12, 25; 38, 19 *caer-*); 11, 18 *fex*; 57, 20 *ledere*; 1, 5; 20, 23 *hereo* (alias *haer-*); 1, 9; 12, 10 *pene* (41, 3 *paene*); 41, 17 *penitenter*; 45, 14 *penitentibus*; 18, 7 *quero* (alias *quaero*); 25, 20 *presto*; 61, 20 *scenicus*; 60, 12 *Scevola*; 24, 5 *sepire*; 47, 16 *tedescit*; 5, 18 *tedium*; 12, 8 *teter* (13, 7 *taeter*)

e = *ae* in casu genetivo primae declinationis
18, 1 *Arcesile*; 32, 19 *Craete*; 34, 18 *Cybele*

e = *αι* in nominibus Graecanicis
50, 6 *demon* (42, 23. 25; 43, 2. 10. 13. (22); 44, 17. 21. 25; 45, 2; 46, 12. 16. 20 *daem-*); 30, 20 *Chimera*

-eus = *-αιος*
8, 12 *Chaldeus*; 9, 16; 40, 24 *Idea Mater*; 11, 5 *Cyreneus*; 31, 20 *Perseus* (*Περσαῖος*); 54, 4 *Iudeus*; 40, 6; 48, 16 *tropea* (*τρόπαια*)

a in compositione servata
35, 8 *inbarbis*; 46, 18 *insparsus*; 49, 22 *infactus*

ae = *oe*
10, 7 *praelium* (P corr. m. 1)

e = *i* in syllaba principali
40, 13 *Teverinus (Tiberinus)*

e = *i* in verbis compositis (cfr. Ribbek prol. in Verg. p. 416)
36, 12 *accepit*

e = *i* in declinationis terminationibus
25, 2 *siderebus*; 19, 9 *in verisimile*; 47, 1 *Apen*

e in verbis inchoativis (v. indicem verborum)
sed 43, 24 *delitisco* cfr. Cyprian. idol. cap. 7, 1, ubi codices partim *delitescunt* partim *delitiscunt* exhibent

ea et *ia* terminationes confusae
13, 14 *linea*; 24, 14 *liniamentum* (cfr. Iul. Firmic. Matern. de errore profanarum religionum ed. Halm 1867 p. 84, 24)

i pro *e* in declinatione
7, 25 *imbri* (abl.); 59, 3 *in hoc itineri* (corr.) 13, 10 *hominis* (nom. plur.)

i pro *y* perrara est in nominibus propriis Graecis
7, 22 *Dionisius*; 36, 18 *Ganimedes*

i servata
18, 15 audaciter; 16, 11 salitem

i duplex in nominibus
33, 10. 18; 40, 10 *dii*; 10, 25; 31, 25; 36, 5; 37, 25; 40, 5 *diis*; 36, 20 *hiis*

i duplex in casu genetivo sing., itemque in dativo et ablativo plur. et substantivorum et adiectivorum secundae declinationis *-ius -ium* terminatorum
12, 20; 15, 22; 21, 23; 38, 14 *alii*; 9, 10 *auguriis*; 2, 16 *desiderii*; 61, 19 *gladiatoriis*; 61, 20 *homicidii*; 11, 21 *ieiuniis*; 45, 22 *in-*

dicii; 54, 2 *indiciis*; 58, 15 *ingenii*; 25, 18; 39, 10 *inperii*; 2, 7 *negotii*; 53, 3 *radiis*; 49, 14 *sacrificiis*; 22, 18 *sacrilegii*; 4, 15 *seriis*; 7, 27 *variis*

i simplex in nominibus
(54, 16 *Antoni*); 14, 10 *cerimonis*; 10, 6 *Claudi*; 54, 15 *Flavi*; 44, 12 *hostis*; 20, 8 *Ianuari*; 7, 4; 31, 21; 37, 1. 2; 63, 19 *isdem*; 10, 6 *Iuni*; 1, 3; 13, 9; 4, 16 *Octavi*; 5, 1 *obsequi*; 10, 1 *plebei*; 42, 6 *Pythi*; (57, 13 *Vesuvi*)

i simplex pro duplici in verborum perfecto et plusquamperfecto tempore
18, 8 *petit*; 60, 12 *perisset*

o pro *au*
41, 18 *Clodius*; (at 10, 6 *Claudius*)

o et *e, oe* et *e* varie
23, 10 *astrolegis*; 2, 19 *amoenus*; 11, 11 *consulte*; 13, 21 *consulto*; 47, 17 *facinoris*; 12, 24; 39, 15 *facinore*; 39, 14 *facinerosus*; 12, 6 *fecundus*; 24, 18 *fetus*; 14, 26; 49, 18 *foedus*; 11, 22; 13, 4 *foederare*; 38, 7 *oboedio*; 38, 24 *obscenus*

o et *u* variant
7, 3; 12, 8; 24, 19; 37, 2; 39, 25 *adolescere*; 35, 1 *adulescens*; 6, 11 *formidulosus*; 7, 6; 53, 7 *fulgora*; 36, 14 *fulgura*; 52, 22 *fulgurat*; 37, 2 *robur*; 3, 24 *robora*; 59, 12 *roboratur*; 11, 4 *Theudorus*

-*o* vel -*on* inconstanter in nominativo nominum propriorum peregrinorum
29, 19 *Aristo*; 34, 27; 36, 10 *Apollo*; 35, 22; 43, 12; 55, 6. 17 *Plato*; 63, 1 *Pyrro*. — 35, 9 *Hammon*; 28, 14 *Straton*; 29, 18 *Xenophon*; 29, 1 *Zenon*

u simplex pro duplici
57, 13 *Vesui*

u servata ante vocalem
3, 14 *tinguo*; 23, 4. 17; 53, 26; 61, 14 *distinguo*; 49, 5; 53, 5; 56, 22 *extinguo*; 17, 18 *unguentum*; 46, 12 *urgueo*

u omissa ante vocalem
20, 15 *ambigendum*; 12, 12; 50, 20 *promisce*

u mediis in vocabulis falso inserta
29, 4 *disseruit* (praes.); 40, 17 *Acca Laurentia*; 44, 13 *remissius*; 63, 13 *reseruetur*

y plerumque servatur
Aegyptus Aegyptius Assyrius asylum Chrysippus Cybele Cyclops Cynocephalus Hydra mysterium Phryges Pyrrhus Pyrro Pythagoras Pythius Stygius Syri

y pro *i*
24, 20 *Bryttania*; 59, 15 *inclytus*; 10, 8 *Thrasymenus*.

Transeamus nunc ad consonantes.

b pro *p*
36, 15 *Cyclobs*; 11, 13 *scribta* (*script-* 31, 12; 32, 4; 54, 14)

b scripta pro *v*
55, 21 *abes*; 27, 18 *disputabit* (perf.); 15, 8 *fabilla*; 63, 21 *faborabilis*; 35, 7 *Tribia*; 46, 26 *verbex*

b finale praepositionum *ob* et *sub* paene constanter assimilatur ante *c f p s*
occasus occido occīdo occipitium occulto occultus occumbo occupo. — *successio succingo succumbo.* — *offenso offendo offero officio.* — *sufficio.* — *suppeto* (15, 18 *subpetunt*) *supplicium supplico.* — *suspicio*

b constanter non assimilatur ante *m* et *r*
53, 8 *submoveo*; 34, 13; 52, 15 *subripio*; 14, 27 *subruo*

c inserta
42, 7 *confincxit*

c omissa
32, 1 *illi* (adverbium)

cu interdum pro *quu* servatur
13, 8 *locuntur* (32, 6 *loquuntur*; 44, 26 *eloquuntur*); 45, 18 *inicus* (15, 24; 16, 17 *iniquus*)

ci pro *ti*
9, 21 *nunciaverunt* (43, 8 *nuntios*)

c in coniunctione *nec* passim ante omnes vocales et *h* invenitur; sed semper *neque enim*

d et *t* in exitu vocabulorum confusae inveniuntur
14, 12 *ad* (coniunctio adversativa); 60, 8; 62, 17 *(ad enim)*; 64, 8 *(ad ego)*; (39, 7; 42, 12; 51, 1; 52, 17 *at*); 17, 7 *capud* (12, 18; 46, 21; 62, 11 *caput*); 35, 13; 40, 5 *quod* (60, 13 *quot*) 3, 9; 12, 11; (16, 6); 24, 10 *velud*

d pro *t* in mediis vocabulis
11, 19 *labendibus*

d assimilata in praepositione *ad* ante *c* et *t*
accedo accendo accessio accido accipio (51, 18 *adcrescit*) *attollo*

d non mutatur ante *f g l m n p s*
adfectio adfectus adfirmator adfixus adflatus adflictus adgnosco (4, 14; 10, 23 *agn-*) *adgredior adludo admitto admixtio adnecto adnitor* (21, 19 *apparet*) *adpello 3* (12, 13 *appello 1;* 26, 9 *appellatio*) *adpeto adpono adscribo adsensio adsentior adsero adsertio adsevero adseveratio adsideo adsido adsiduitas adsiduus adsigno adsisto adspergo* (50, 7 *aspersio.* 17, 14; 23, 27 *aspicio*) *adspiro adsto adstrangulatus adstruo adsumo*

d ante *c* constanter assimilatur in voce *quicquid* sed p. 54, 17 *quicquam* in *quidquam* librarium mutavisse docet Halm in comment. crit. p. 48, 2

f et *ph* inconstanter in vocabulis et nominibus Graecanicis
42, 3 *Amphiaraus*; 34, 4. 7 *Cynocefalus*; 31, 16 *Delficus*; 35, 6 *Ephesius*; 24, 22 *Eufrates*; 31, 17 *Farius*; 29, 14 *Orfeus*; 42, 11 *philippizein*; 55, 14; 57, 5 *profeta*; 8, 1 *Phryges*; 28, 20 *Theofrastus*; 64, 1 *triumfator* (60, 2 *ph*); 28, 7 *Xenofanes*; 28, 18 *Xenofon*

maxime varie voces *philosophari philosophia philosophus* scriptae inveniuntur
17, 17; 31, 20 *filosofari*; 5, 26; 11, 10 *filosofia*; 27, 13; 30, 18; 42, 24; 43, 23; 55, 22; 63, 3. 20 *philosophus*; 21, 12 *philosofus*; 27, 22; 30, 11. 16 *filosophus*; 18, 21 s., 55 *filosofus*

g pro *c*
10, 11 *Grassus*; 21, 26 *fugatur*; 42, 17 *insingerus*; 31, 17 *Prodigus*; 40, 24 *Diana Tauriga*

h addita initio vocabulorum
35, 9 *Hammon*; 2, 19. 27 *Hostia*; 3, 9; 49, 21 *harena*; 26, 15 *histe*; 19, 17; 54, 18 his (iis); 10, 8 *Thrasimenus*

h omissa initio vocabulorum
29, 14 *Aesiodus*; 49, 19 *austus*; 29, 1 *Crysippus*; 7, 2 *exalo*; 48, 28 *exaurio*; 2, 20; 55, 3 *umor*

h addita in mediis vocabulis
22, 4; 28, 12 *athomi*; 18, 5 *melchus (melicus)*; 40, 6 *trophaea* (48, 16 *trop-*)

h omissa in mediis vocabulis
28, 9 *Antistenes*; 54, 15 *Iosepus*; 51, 17 *pulcro* (22, 9; 25, 3; 59, 23 *pulchr-*); 55, 16 *Pytagoras*; 42, 6 *Pytius*; 31, 15; 32, 21 *sepulcrum*; 21, 7 *stomacari*

h transposita
10, 10 *Pharti*; 42, 6 *Phyrrus*; 62, 11 *Phytia*

l simplex
10, 20 *cautela*; 4, 23; 24, 4 *tutela*

l duplex
47, 2 *crocodillus*; 2, 10 *loquella*; 10, 20 *medella*; 38, 14 *pilleatus*; 19, 12 *querella* — 19, 13; 38, 8 *mallo*

m simplex
45, 24 *solumodo*

m transposita
63, 7 *sumam* (= *summa*)

m facta *n* ante consonantem
63, 14 *aliquandiu*

n in compositione. — *co-* syllaba longa, non *con-* scribitur ante *vocales h n*
10, 4 *coaequo*; 22, 22 *cohaereo*; 22, 7 *conecto*; 50, 14 *conubium*

n in praepositione *con-* mutatur constanter in *com-* ante *m*, plerumque ante *p*, interdum ante *v*
commeatus commeo commercium comminiscor communis. — *comparo compeditus comperio compono comprehendo comprimo computo* (14, 26 *conpages*; 20, 4 *conpendium*; 63, 2 *conperendino*; 62, 11 *conplector*; 4, 2; 26, 1; 54, 20) — *convenio convicium convictus convivium* (21, 3 *comvinco*; 20, 11 *comvicium*; 13, 11 *comvivium*)

n ante *l* et *r* raro servatur
7, 5 *conlido*; 62, 4 *conrumpo.* Ceterum ante *l col*, ante *r cor* scribitur

n in praepositione *in-* non mutatur ante *b l r*
inberbis inbuo (49, 19 *imb.*) *inlibo inlicio inlicitus inligo inlino inliteratus inludo inlustris inreligiosus inrepo inritus inroto inruo inrido*

n ante *m* et *p* incredibili inconstantia vel assimilatur vel non mutatur

n addita in mediis vocabulis ante *t*
12, 25 *fabulantur*; 11, 22 *foederantur*

n finale in casu accusativo nominum propriorum Graecorum
11, 11 *Abderiten*; 28, 9 *Antisthenen*; 8, 12 *Astarten*; 17, 17 *Socraten*; 36, 18 *Ganymeden.* At p. 11, 11 *Protagoram*; 47, 5. 6 *Isidem Serapidem*

p simplex
8, 9 *opidum*; 56, 22 *suplicium*

p inserta inter *m s*
23, 22 *hiemps*

p omissa
55, 3 *consumtus*

p et *f* inter se confusae
20, 3 *reputare*

r omissa
48, 11 *peiero* (33, 5 *periero* cfr. Fleckeiseni annal. 1865 (91) p. 226)

r geminatur
61, 18 *currulis*

s omittitur post *x* et *s*
execratio (34, 21 *exseco*) *execror* (62, 17 *exsequiae*; 31, 14 *exsequor*) *exero exilio* (4, 9 *exs-*) *exilium existo expecto* (41, 20 *exsp-*) *extruo* (35, 6; 55, 11 *exstr-*) *extinguo exulto*; 10, 14 *transilio*; 6, 9 *transcendo*

s pro *x*
39, 7 *ausit*

t duplex
24, 20 *Bryttania (Britannia)*; 5, 22; 32, 9 *littera* (21, 7 *inliteratus*)

ti pro *ci*
50, 10 (20, 11) *convitium*; 10, 21 *solatium*

v pro *b*
41, 14 *civus*; 35, 8 *inbarvis*; 21, 5 *Iuva*; 42, 18 *laves* (20, 12 *labes*); 23, 25 *lavor* (alias *labor*); 13, 12 *livido* (alias *libido*); 21, 5 *provatus* (alias *probo*); 40, 13 *Teverinus (Tiberinus)*; 44, 16 *vacchor*; 49, 18 *Vellona*; 55, 21 *velua*

x addita
11, 23 *lucifugax*

x pro *s*
38, 24 *t*]*exta*.

Supervacaneum mihi esse videtur de iis locis disputare, ubi coniecturas a prioribus editoribus probatas secutus sum, quas antequam in textum recipiendas putavi diligenter examinavi semperque reieci, nisi scripturae vitium manifestum proposita mutatione sublatum est. Numquam quidquam in textu commutavi, ut colorem quendam Tullianum proferrem, numquam si quid elegantius ab auctore dici posse iudicabar neque ullam aliam causam quidquam corrigendi admisi, nisi si quid a dictione latina, non Ciceroniana, sed eius aetatis, qua Minucius Octavium suum perscripsit, plane abhorret, vel si sententia sive mutationem sive traiectionem sive supplementum sive exstinctionem alicuius modo litterae modo syllabae modo vocabuli unius vel plurium postulat.

Sufficiat igitur hoc loco quibus de causis a codice Parisino quibusque locis deflexerim vel cur in sententiam virorum doctorum de verbis restituendis meritorum discesserim vel cur emendationem vulgo probatam reiecerim quam brevissime potero exponere in eo consentiens cum J. J. Cornelisseno, qui Octavium Lugduni Batavorum anno 1882 edidit (cuius artem criticam cum plerisque improbo), quod quo manifestius scripturae vitium proposita mutatione tollatur, eo paucioribus opus esse verbis, quo legentium iudicio commendetur.

2, 4 *superstitiosis*] Lactant. divin. inst. IV 28, 11 *religio veri dei cultus est, superstitio falsa;* Quintil. III 7, 21 *Iudaica superstitio;* Octav. p. 14, 7; 39, 7 *Romana superstitio;* p. 40, 16 *alumna urbis istius superstitio.* Cui opponitur *veritas* vel *vera religio* i. e. *religio Christiana*, Octav. p. 1, 17 *in lucem sapientiae et veritatis (= verae sapientiae = religionis Christianae);* itaque Maehlyum, qui scribit *Caecilium superstitionis vanitatibus inhaerentem,* sequi necesse esse arbitror. — 3, 10 *tendebat*] *tondebat* Maehly coll. p. 4, 6 *summis fluctibus tonsis.* — *semper* P corr. ex *super*] priorem lectionem retinui, quia maria post tempestatem non **semper,** at **super** (i. e. *in superficie*) aliquod tempus inquieta esse constat. Ov. met. IV 725: *terga cavis super obsita conchis.* — 4, 5 *vel enataret*] seclusit Bursian, Literar. Centralblatt 1863 p. 497. — 4, 10 *omnes*] quae vox cum ad duos viros i. e. Octavium et Minucium pertinere non possit, Dombart praeter tres amicos plures homines adfuisse notat. Cornelissen: *cum omnes* (i. e. Minucius Caeciliusque atque Octavius et reliqui homines, qui in litore tunc versabantur) *hac spectaculi voluptate caperentur* (cod. habet *caperemur*). Rectius Kronenberg Minuciana p. 16 s. dittographo *-om* remoto scribit: *cum nos . . caperemur, Caecilius* etc. — 4, 20 *ipsius*] cfr. praef. p. V. — 5, 20 *itaque*] *atqui* vel *id vero* proposuit Dombart (Jb. p. 287); cum autem particula adversativa desideretur, nihil verisimilius est, quam ut leni mutatione legamus *at aeque.* — 6, 3 *stuprari*] *suspicari* Dombart, quem probat Halm in praef. p. VII; *ruspari* vulgo ex coniectura Jos. Scaligeri scribitur, quae propter ductuum similitudinem praeferenda esse videtur, quamquam idem fere quod praecedens *scrutari* significat, quae tautologia a Minucii genere scribendi non abhorret. cfr. p. 5, 1 *nec hoc obsequi fuit aut ordinis aut honoris.* — 8, 2 *certa*] *caeca* Dombart coll. Pacuv. 366 (Ribbeck) *fortunam insanam esse et caecam et brutam perhibent philosophi* et Augustin. de civ. dei IV 18 *quomodo (Fortuna) ergo bona est, quae sine ullo iudicio venit ad bonos et ad malos. Ut quid autem colitur, quae ita caeca*

est, passim in quoslibet incurrens, ut suos cultores plerumque praetereat et suis contemptoribus haereat. — 8, 14 *universa*] *universorum* sc. *populorum*, quod iam Maehlyum p. 428 proposuisse hoc loco suppleo. — 8, 21 *iratos*] *iratus* Wowerus et Dombart (Bl. p. 288) cfr. praef. p. IX. — 9, 9 *errare*] *enarrare* scripsi, nam *errare* absurdum est, sed *enarrare* melius et felicius potest Caecilius neutrius personae adhibita ratione contra rem non contra hominem locuturus. — 9, 12 *memoria iam eos*] *memoria*[*ia*]*m: eos* dittographia remota scripsi. — 9, 18 *in lacu*] *in lacu Iuturnae* Usener, qui docet nusquam, ubi illius miraculi mentio fit, additamentum *Iuturnae* desiderari: Valer. Max. I 8, 1 *ad lacum Iuturnae;* Florus I 28 (II 12) 15 *apud Iuturnae lacum;* Lactant. divin. inst. II 7, 9 *apud lacum Iuturnae;* Symmachus ep. I 89 *apud Iuturnae lacum.* Ov. fast. I 708 *circa Iuturnae lacus.* — 11, 25 *miseri*] *misereri* Synnerberg p. 16 coll. Octav. p. 22, 16 *ignorare nec fas nec licet . . . caelestem claritatem* et Lactant. divin. inst. II 1, 6 *qui non agnoscunt cultum eius (dei) quem prorsus ignorari ab homine fas non est.* — 11, 26 *despiciunt*] quia continuo praecedit *templa ut busta despiciunt,* fieri non potest, ut codicis lectio vera et genuina sit. Probabilis est coniectura Cornelisseni *reiciunt* coll. Octav. p. 51, 11, ubi Octavius huic accusationi respondens dicit *nec de ultima statim plebe consistimus, si honores vestros et purpuras recusamus.* — 12, 18 *asini*] seclusit Davisius, ut insertum ex p. 46, 24; at cfr. Vahlen ind. lect. univers. Berol. 1894 p. 19. — 13, 22 *aut omnia aut pleraque omnium*] *pleraque omnia* Wopkens; Halm *omnium* obelo notavit; *omnino* Baehrens lect. lat. p. 25; at cfr. Vahlen in Herme XXVIII p. 355 s. — 15, 18 *magis nec laboro iam docui*] *magno sine labore iam docui* scripsi coll. p. 43, 13 *angelos sine negotio narrat* et p. 41, 17 *auguria summo labore collecta.* — 15, 20 *fato*] *fateor* addidi, ut *culpam tamen vel innocentiam fato tribui sententiis plurimorum* habeat unde dependeat. — 20, 19 *non credo*] praef. p. X. — 20, 22 *quia viam nescit*] praef. p. XI. — 20, 24 *nec singulas (vias) audet eligere nec universas*

probare] absurdum est quicumque in trivio constitutus sit omnes vias probare non audere, cum una modo ad id ducat, quo tendit; Kronenberg *potest* supplens rem ex sententia dicentis expedit. — 22, 7 *cum ita cohaerentia conexa concatenata sint*] hoc loco subiecto carere asyndeta perspexit H. A. Koch, qui *cuncta* supplens orationem conformavit. — 23, 12 *inducant*] *indicant* P. Daniel; at v. Archiloch. PLG II[4] 402 ὁκοίην Ζεὺς ἐφ' ἡμέραν ἄγῃ; Verg. georg. IV. 552 *nona suos Aurora induxerat ortus;* Ov. fast. V 163 *at simul inducent obscura crepuscula noctem.* — 24, 22 *amnis colet*] *quotannis* Kronenberg coll. Cic. de deor. nat. II 130 *Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis quasi novos agros invehit.* — 24, 28—25, 1 *perspicias*] *per scrutans a spicias* supplevi cfr. praef. p. XIII. — 25, 16. 17 *potestatem*] quae codicis lectio propter ea quae insequuntur *divini imperii totam potestatem* corrupta iudicanda est, quam ob rem Minucium *proprietatem* scripsisse suspicor coll. Iustin. II 7, 7 *de proprietate insulae Salaminiae;* Suet. Galb. 7 *proprietas iumenti;* Lactant. divin. inst. III 22, 7 *proprietas rerum.* — 26, 1 *nec conprendi potest*] cfr. Cyprian. quod idola dii non sint cap. 9 *Hic nec videri potest, visu clarior est, nec conprehendi, tactu purior est, nec aestimari, sensu maior est.* — 26, 16 *deum*] ibid. *dici frequenter audimus 'o deus' et 'deus videt' et 'deo commendo' et 'deus mihi reddet' et 'si deus dederit'.* — 28, 3 *vero*] *rerum* Bouhier, cui assentiuntur Usener p. 399 et H. Sauppe, Goett. gel. Anz. 1867 p. 1997 coll. Cic. de deor. nat. I 26 *Inde Anaxagoras, qui accepit ab Anaximene disciplinam, primus omnium rerum discriptionem et motum mentis infinitae vi ac ratione designari et confici voluit.* — 29, 3 *mentem modo animum*] *mundum modo, modo animum* Halm coll. Cic. de deor. nat. I 37 *Cleanthes autem qui Zenonem audivit* (cfr. ibid. II 21) *... tum ipsum mundum deum dicit esse, tum totius naturae menti atque animo tribuit hoc nomen.* — 30, 26 *similiter ac vero erga*] corrupte; *similiter* [*ac*] *vero* Dombart; *similiter adeo* Vahlen; varias emendandi condiciones aspernatus

deos quoque cum praeterita de maiorum facili in mendaciis fide disputatione copulavi, cum scriberem *similiter ac miracula deos quoque maiores nostri . . . crediderunt.* — 30, 27 *improvidi creduli*] *improvide creduli* Heumann coll. Octav. p. 19, 17 *incaute creduli.* — *illi*] *illic* Rigaltius; cfr. Verg. georg. I 54 *hic segetes, illic (illi* Arusianus*) veniunt felicius uvae.* — 32, 12 *dedit*] nescio quo casu *dedit* irrepsit ex Verg. Aen. VIII 322 *(Saturnus) Composuit legesque* **dedit** *Latiumque vocari Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.* — 32, 16 *Terrae enim vel Caeli filius*] *et Caeli* Usener p. 412 coll. Tert. ad nation. II 12 *de Caelo enim et Terra Saturnus;* apol. cap. 10 *quia ab homine non utique de caelo et terra.* — 32, 22—24 *et despicis — tumulum*] probabiliter Baehrens: fragmentum esse puto additamenti, quod lector christianus in summa margine ex alio scriptore ad sequentem de Iside narrationem adiecerat. — 34, 13 *errore*] in *errore* latere nomen corruptoris arbitrantur Baehrens in Fleckeis. ann. 1872 p. 632 et Kronenberg Minuciana p. 5. — 37, 4 *horum*] *hominum* Halm praef. p. XX. — 37, 15 *incudibus*] *in incudibus* Meursius coll. Octav. p. 36, 13 *fulmen cum armis Aeneae in incude fabricatur;* Arnobius adversus nationes I 39 *in incudibus deos et ex malleis fabricatos;* repugnat quidem E. Norden, de Min. Fel. aetate et genere dicendi. 1897 p. 21. — 37, 25 *quanto vero de diis vestris animalia muta naturaliter iudicant*] ita est in codice. Ursinus correxit *quanto verius,* Baehrens *quam acute vero,* Heumann delevit *naturaliter.* At J. G. G. Boot, Mnemosyne XXIV p. 442 minus a codicis scriptura recedens legendum esse censet *quanto — naturalius* i. e. *magis secundum naturam.* — 40, 9 *postulaverant*] quod verbum inane Dombart in editione sua uncis inclusit; sed Halmio praeeunte eiusdem viri docti coniecturam '*prostraverant*' praefero. — 43, 8 *sed et veri*] *sedem tueri* Hartel Zeitschr. f. d. oesterr. Gymnas. XIX (1868) p. 30 et H. A. Koch in mus. Rhenan. a. 1873 p. 620 coll. Cyprian. idol. cap. 6 *Ostanes et formam veri dei negat conspici posse et angelos veros sedi eius dicit*

adsistere. — 43, 22 *daemones*] spurium esse existimabat Ursinus coll. Cyprian. idol. cap. 7 *hi ergo spiritus sub statuis et imaginibus consecratis delitescunt.* — 44, 2 *inspirantur interim vatibus*] de hoc loco corrupto quomodo sanando copiose agit Dombart in appendice editionis suae p. 138. — 45, 6 s. *quos longe in coetibus per vos lacessebant*] *quos longe a coetibus per vos lacessant* Vahlen coll. Lactant. divin. inst. IV 27, 8 *sed quoniam neque accedere ad eos possunt, in quibus caelestem notam viderint nec iis nocere, quos signum immortale munierit, tanquam inexpugnabilis murus, lacessunt eos per homines et manibus persecuntur alienis.* — 46, 24 *cum vestra vel Epona*] *cum vestra vel* **sua** *Epona* Rigaltius coll. Tert. apol. 16 *vos tamen non negabitis et iumenta omnia et totos cantherios cum* **sua** *Epona coli a vobis;* ad nation. I 11 *sane et vos totos asinos colitis et cum* **sua** *Epona et omnia iumenta et pecora et bestias quae perinde cum suis praesepibus consecratis.* — 47, 11 *sexus omnis*] = *sexus uterque.* Heumann delet *omnis,* quod facile irrepserit, cum sequatur *omnibus;* at cfr. Octav. p. 13, 10 *sexus omnis homines;* Lactant. divin. inst. VI 3, 16 *homines omnis sexus et generis et aetatis;* ibid. VI 5, 16. Tac. ann. VI 25; Apul. met. VII 13. — 54, 23 *aut inprovisum ignem cadere aut difficile non credere*] diversissimae viae hunc locum sine dubio corruptum emendandi ab editoribus initae sunt. Medicinam salutarem adhibemus, si cum Roereno, Minuciana II p. 4 particulam *aut* de suo loco motam ante *non* inseramus; nam legimus apud Tertullian. ad nation. I 2 *Confessis* (i. e. *quamquam confitentur*) *difficile creditis.* — 55, 6 *inundare*] Dubitari potest de usu intransitivo huius verbi Minuciano, quamquam legimus apud Lactant. divin. inst. VII 24, 7 *flumina lacte inundabunt;* idem enim habet ibid. I 18, 10 *qui campos cruore inundaverit.* Apud Verg. Aen. X 24 Ribbeck codices antiquissimos Palatinum, Gudianum, Bernensem et Servium (II p. 387) secutus scripsit *inundant sanguine fossas.* — 58, 9 *sit sortis fortunae*] *sit sors fortunae* i. e. licet sortem fortunae debeamus (Heumann). — 61, 3 *licentiae potestatis*] *licentiam*

potestates scripsi; potestates enim sunt, qui imperiis ac dominationibus eriguntur, homines illustres et magno honore praediti, coll. Sueton. Claud. 25 *iurisdictionem potestatibus per provincias demandare* et apud iuris consultos, Minucii nostri collegas, legimus *potestates sublimes, illustres.* — 63, 11 *recti*] *regula recti* Dombart coll. Octav. p. 21, 27. — 63, 12 s. *reservetur*] *reseretur* i. e. *aperiatur, patefiat* Boot, Mnemosyne XXIV p. 442. —

Scripsi Regiomonti mense Ianuario a. 1903.

INDEX NOTARUM.

anonymus v. Miscellaneae Observationes. IV Amstelod. 1739

Baehrens = M. Minucii Felicis Octavius. em. et praef. Aemilius Baehrens. Lipsiae 1886

Balduinus = M. Minucii Felicis Octavius . . . restitutus a Fr. Balduino. Heidelberg 1560

Boot = J. G. G. Boot, ad Minucii Felicis Octavium. Mnemosyne N. S. XXIV 4, 439—442; XXV 1, 75

Bouhier v. Jean de Clerc, Bibliothèque ancienne et moderne (1714—1727) XVI p. 222

Bursian v. Literar. Centralblatt 1863 p. 497

Canterus = Variarum lectionum libri II Antverp. 1574

L. Carrio = Emendationes et Observationes. Lutetiae 1583

Cellarius = M. Minucii Felicis Octavius recensitus a Christophoro Cellario. Halae 1699

cod. Brux. = codex Bruxellensis sive Burgundiacus. saec. XVI codicis Parisini apographus

Cornelissen = M. Minucii Felicis Octavius. recensuit J. J. Cornelissen. Lugd. Batav. 1882

P. Daniel = Petri Daniel annotationes in editione Woweri. Hamburg 1603

Davisius = M. Minucii Felicis Octavius, cura Joan. Davisii. Cantabrigae 1707. 1711

Dombart = Kritische Beiträge zu Minucius Felix. Jahrb. f. klass. Philol. 99 (1869) p. 417—422 (Jb.)

Zur Erklärung und Kritik des Minucius Felix. Blätter f. d. bayr. Gymnasialschulwesen 9 (1873) p. 285–300; 10 (1874) p. 977 (Bl.)

Octavius. Ein Dialog des M. Minucius Felix, übersetzt von Bernhard Dombart[2]. Erlangen 1881

ed. pr. = Editio princeps (Arnobii adversus nationes liber octavus) Fausti Sabaei. Romae 1543

Fielitz v. editionem Aemilii Baehrensii Lipsiensem, in comm. cr. p. 1, 14

Gelenius = Arnobii disputationum adversus gentes libri VIII. Basel 1546. 1560

Jac. Gronovius = M. Minucii Felicis Octavius, ex rec. Jacobi Gronovii. Lugd. Batav. 1709

J. Fr. Gronovius = monobiblos observatorum in scriptoribus ecclesiasticis. Daventriae 1651

Halm = Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum II. M. Minucii Felicis Octavius recensuit et commentario critico (c. cr.) instruxit Carolus Halm. Vindobonae 1867

Hartel v. Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn. XIX (1868) p. 27—31

Haupt v. Mauritii Haupti opuscula III. Lipsiae 1876 p. 389—391

Heraldus = M. Minucii Felicis Octavius. emend. Desiderius Heraldus. Paris 1613

Heumann v. Miscellanea Lipsiensia nova. Lipsiae 1716—1723 vol. V 476—503; vol. VII 247—272. 421—478; vol. VIII 115—134. 454—479

Hiller v. Baehrensii editionem Lipsiensem p. 10, 12

Klussmann = Zu Minucius Felix. Mus. Rhen. N. F. XXIII (1868) p. 543; XXIX (1874) p. 638; XXX (1875) p. 144. Philologus XXXV (1876) p. 206—209

Koch = Zu Minucius Felix. Mus. Rhen. N. F. XVIII (1873) p. 615—621

Kramer v. Aemilii Baehrensii editionem Lipsiensem, comm. crit. p. 29, 2

Kronenberg = Minuciana sive annotationes criticae in Minucii Felicis Octavium. Lugd. Batav. 1889

Lindner = M. Minucii Felicis Octavius recensitus a Joan. Gottlieb Lindner. Longosalissae 1760. 1773. 1794

Maehly = Kritische Beiträge zu Minucius Felix in Jahrb. f. klass. Philol. 99 (1869) p. 422—437

Meursius = Hypocritus Minucianus². Lugd. Batav. 1599

Meyer v. Halmii editionem Vindobonensem in comm. crit. p. 23, 22

Oehler = M. Minucii Felicis Octavius. rec. Franz Oehler in Bibl. sel. patr. eccles. lat. cur. E. G. Gersdorf. XII 1847

Ott = Zu Minucius Felix. Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn. XXVI (1875) p. 900—902

Ouzelius = M. Minucius Felix. ex rec. Jacobi Ouzelii. Lugd. Batav. 1652—1672

P = codex olim Romanus, nunc Parisinus n. 1661

Rigaltius = M. Minucii Felicis Octavius. ex rec. Nicolai Rigaltii. Lutetiae 1643

Roeren = Minuciana i. e. annotationes criticae ad M. Minucii Felicis dialogum, qui inscribitur Octavius. I Koeln 1859; II Brilon 1877

Sabaeus = praefatio Fausti Sabaei editionis principis Romanae a. 1543

Sauppe v. Goetting. gel. Anz. 1867 p. 1992—1999

Stieber = G. F. Stieber, Observationes nonnullae criticae in quaedam Vergilii et Minucii loca. Progr. Onoldi 1791

Synnerberg = Observationes criticae in M. Minucii Felicis Octavium scripsit Carolus Synnerberg. Helsingforsiae 1889

Ursinus = Arnobius. ed. Fulvius Ursinus. Romae 1583

Usener v. Jahrb. f. klass. Philol. 99 (1869) p. 393—416

Vahlen = annotationes criticae, quae in praefatione et in comm. crit. editionis Halmianae Vindobonensis inveniuntur.
de M. Minucii Felicis Octavio disputatio. Ind. lect. Univ. Berol. semestr. aestiv. 1894

v. d. Vliet = Coniectanea. Mus. Rhen. N. F. XL (1885) p. 155 et Mnemosyne XVII (1889) p. 143—146

Vonck = Corn. Valerii Vonck, Specimen criticum in varios auctores. Adcedunt Observationes miscellaneae, Traiecti ad Rhenum 1744

Wirth v. Aemilii Baehrensii editionem Lipsiensem in comm. crit. p. 6, 2

Wopkens = Animadversaria critica in Minucium Felicem. Miscellaneae Observationes. Amstelod. 1739 vol. X p. 11 s.

Wowerus = M. Minucii Felicis Octavius. rec. Joan. a Wower. Hamburg 1603.

M. MINUCII FELICIS
OCTAVIUS.

Cogitanti mihi et cum animo meo Octaui boni et 1
fidelissimi contubernalis memoriam recensenti tanta
dulcedo et adfectio hominis inhaesit, ut ipse quodam-
modo mihi uiderer in praeterita redire, non ea quae
iam transacta et decursa sunt recordatione reuocare:
ita eius contemplatio quantum subtracta est oculis, 2
tantum pectori meo ac paene intimis sensibus inpli-
cata est. nec inmerito discedens uir eximius et sanctus 3
inmensum sui desiderium nobis reliquit, utpote cum
et ipse tanto nostri semper amore flagrauerit, ut et in
ludicris et seriis pari mecum voluntate concineret eadem
uelle uel nolle: crederes unam mentem in duobus
fuisse diuisam. sic solus in amoribus conscius, ipse 4
socius in erroribus; et cum discussa caligine de tene-
brarum profundo in lucem sapientiae et ueritatis
emergerem, non respuit comitem, sed, quod est glo-

3 Cic. de or. I 1; III 1. — 7 Cic. pro Quinct. 99. — 9 Cic. ad Att. V 10, 3. — 11 Cic. Brut. 2. — 13 Cic. Lael. 15; Plin. ep. II 13, 5. — 14 Sall. Cat. 20, 4; Aristot. ap. Diog. Laert. V 20; Cic. Lael. 92; Ov. trist. IV 4, 72. — 15 s. Cic. ad Att. I 18, 1. — 16 Cic. or. Phil. XII 5.

---

1 Arnobii liber VII explicit incipit liber VIII feliciter P || 4 recensenti P *partim in litura* || 5 inhesit P || 9 pene P || 10 decedens *Davisius* || 14 [in] duobus *Fielitzius* || 18 s. glorius P, *corr. m. 2.*

5 riosius, praecucurrit. itaque cum per uniuersam con-
uictus nostri et familiaritatis aetatem mea cogitatio
uolueretur, in illo praecipue sermone eius mentis meae
resedit intentio, quo Caecilium superstitionis uani-
tatibus etiamnunc inhaerentem disputatione grauissima
ad ueram religionem reformauit.

2 Nam negotii et uisendi mei gratia Romam con-
tenderat, relicta domo, coniuge, liberis et (quod est
in liberis amabilius) adhuc annis innocentibus et
adhuc dimidiata uerba temptantibus, loquellam ipso
2 offensantis linguae fragmine dulciorem. quo in ad-
uentu eius non possum exprimere sermonibus, quanto
quamque inpatienti gaudio exultauerim, cum augeret
3 maxime laetitiam meam amicissimi hominis inopinata
praesentia. igitur post unum et alterum diem, cum
iam et auiditatem desiderii frequens adsiduitatis
usus implesset et quae per absentiam mutuam de
nobis nesciebamus, relatione alterna comperissemus,
placuit Ostiam petere, amoenissimam ciuitatem, quod
esset corpori meo siccandis umoribus de marinis
lauacris blanda et adposita curatio. sane et ad uinde-
miam feriae iudiciariam curam relaxauerant; nam id
temporis post aestivam diem in temperiem semet
4 autumnitas dirigebat. itaque cum diluculo ad mare
inambulando litore pergeremus, ut et aura adspirans
leniter membra uegetaret et cum eximia uoluptate
molli uestigio cedens harena subsideret, Caecilius si-
mulacro Serapidis denotato, ut uulgus superstitiosus
solet, manum ori admouens osculum labiis inpressit.

10 Lucret. V 230. — 14 Cic. pro Cluent. 72. — 20 Cic. de deor. nat. I 15.

---

4 quo *ed. pr.*, quod P, quo Q. *Baehrens* || superstitiosis P *corr. Maehly* || 17 mutua *Maehly*; diutinam *Kronenberg* || 19 hostiam P || 26 voluptate *ed. pr. in praef.* voluntate P || 29 praessit P, inpressit *vulgo*.

Tunc Octauius ait: 'non boni uiri est, Marce frater, 3
hominem domi forisque lateri tuo inhaerentem sic in
hac inperitiae uulgaris caecitate deserere, ut tam
luculento die in lapides eum patiaris inpingere,
effigiatos sane et unctos et coronatos, cum scias
huius erroris non minorem ad te quam ad ipsum
infamiam redundare.' cum hoc sermone eius medium 2
spatium ciuitatis emensi iam liberum litus tenebamus.
ibi harenas extimas, uelut sterneret ambulacro, per- 3
fundens lenis unda tondebat; et ut super mare etiam
positis flatibus inquietum est, etsi non canis spu-
mosisque fluctibus exibat ad terram, tamen crispis
torosisque ibidem erroribus delectati perquam sumus,
cum in ipso aequoris limine plantas tingueremus,
quod uicissim nunc adpulsum nostris pedibus ad-
luderet fluctus, nunc relabens ac uestigia retrahens
in sese resorberet. sensim itaque tranquilleque 4
progressi oram curui molliter litoris iter fabulis
fallentibus legebamus. hae fabulae erant Octaui dis-
serentis de nauigatione narratio. sed ubi eundi spa- 5
tium satis iustum cum sermone consumpsimus, eandem
emensi uiam rursus uersis uestigiis terebamus; et cum
ad id loci uentum est, ubi subductae nauiculae
substratis roboribus a terrena tabe suspensae quiesce-
bant, pueros uidemus certatim gestientes testarum in
mare iaculationibus ludere. is lusus est testam teretem 6

3 s. cfr. Clem. Alex. Strom. p. 843 ed. Potter. — 5 cfr. Tibull. I 1, 11; Ov. fast. II 641 s; Lucian. Alex. 30 — 14 s. Stat. Theb. IX 336. — 16 Catull. 64, 67. — 21 Cic. acad. pr. II 2.

3 s. Lactant. divin. inst. II 3, 3. — 5 Arnob. adv. nation. I 39.

---

10 tondebat *Maehly coll. 3, 6;* tendebat P || super *scripsi, quod habet* P, *sed male corr.* semper || 12 s. *crispis tororisisque P, *sed rasura corr.* torosisque || 13 identidem *Usener* || 19 hęc P *corr. m. 2 in* hęe || 24 tabe *Dombart;* labe P.

iactatione fluctuum leuigatam legere de litore, eam
testam plano situ digitis conprehensam inclinem
ipsum atque humilem quantum potest super undas
inrotare, ut illud iaculum uel dorsum maris raderet
[uel enataret], dum leni impetu labitur, uel summis
fluctibus tonsis emicaret [emergeret], dum adsiduo
saltu subleuatur. is se in pueris uictorem ferebat,
cuius testa et procurreret longius et frequentius ex-
siliret.

4 Igitur cum nos hac spectaculi uoluptate cape-
remur, Caecilius nihil intendere neque de contentione
ridere, sed tacens anxius segregatus dolere nescio quid
2 uultu fatebatur. cui ego: 'quid hoc est rei? cur non
agnosco, Caecili, alacritatem tuam illam? et illam
3 oculorum etiam in seriis hilaritatem requiro.' tum ille:
'iam dudum me Octaui nostri acriter angit et re-
mordet oratio, qua in te inuectus obiurgauit negle-
gentiae, ut me dissimulanter grauius argueret in-
4 scientiae. itaque progrediar ulterius: de toto integro
mihi cum Octauio res est. si placet, ut σκέψεως sectae
homo cum eo disputem, iam profecto intelleget facilius
esse in contubernalibus disputare quam conserere
5 sapientiam; modo in istis ad tutelam balnearum iactis
et in altum procurrentibus petrarum obicibus resida-
mus, ut et requiescere de itinere possimus et intentius
6 disputare.' et cum dicto eius adsedimus, ita ut me
ex tribus medium lateris ambitione protegerent; nec

13 Iuv. sat. II 17. — 16 cfr. Plato Sympos. 218 A. — 17 [Cic. or. Phil. II 74]. — 19 s. Cic. Verr. act. pr. 33. — 27 s. cfr. Sall. Jug. 11, 3.

---

5 laeni P || 4 vel enataret *del. Bursian* || 6 emergeret *del. Wowerus* || 10 nos *Kronenberg;* omnes P || 12 dolere *Ursinus;* dolore P || 14 et P *in litura* || 17 neglegentiam *Baehrens* || 19 toto integro P *m. 1,* et *ante* int. *add. m. 2* || 20 σκέψεως *scripsi;* ipsius P || 25 * requiescere (*erasa littera* a) P.

hoc obsequi fuit aut ordinis aut honoris, quippe
cum amicitia pares semper aut accipiat aut faciat,
sed ut arbiter et utrisque proximus aures darem et
disceptantes duos medius segregarem.

Tum sic Caecilius exorsus est: 'quamquam tibi, **5**
Marce frater, de quo cum maxime quaerimus non sit
ambiguum, utpote cum diligenter in utroque uiuendi
genere uersatus repudiaris alterum, *alterum* conpro-
baris, in praesentiarum tamen ita tibi informandus
est animus, ut libram teneas aequissimi iudicis nec
in alteram partem propensus incumbas, ne non tam ex
nostris disputationibus nata sententia quam ex tuis
sensibus prolata uideatur. proinde si mihi quasi 2
nouus aliqui et quasi ignarus partis utriusque con-
sidas, nullum negotium est patefacere, omnia in rebus
humanis dubia incerta suspensa magisque omnia
uerisimilia quam uera. quo magis mirum est non- 3
nullos taedio inuestigandae penitus ueritatis cuilibet
opinioni temere succumbere quam in explorando
pertinaci diligentia perseuerare. at aeque indignan- 4
dum omnibus *et omnibus* indolescendum est, audere
quosdam, et hoc studiorum rudes, litterarum profanos,
expertes artium etiam sordidarum certum aliquid de
summa rerum ac maiestate decernere, de qua tot om-
nibus saeculis sectarum plurimarum usque adhuc ipsa
philosophia deliberat. nec inmerito, cum tantum 5
absit ab exploratione diuina humana mediocritas, ut

2 Aristot. eth. Nicom. p. 1157^{b} 36; 1159^{b} 3; 1168^{b} 8. — 10 Clem. Alex. Paedag. p. 151 ed. Potter. — 12 s. Cic. paradox. 1, 1. — 16 Cic. de deor. nat. I 12. — 24 Lucret. II 303; V 2 et 8.

---

1 obsequii P, *sed corr.* || 8 alterum *addidit ed. pr.* || 12 sententia *corr.* P *m. 1 ex* sentia || ex tuis *m. 2 ex* exuis P || 17 quo minus *Ursinus.* || 18 tedio P || 20 at aeque *scripsi;* itaque P; atqui *Dombart* || 21 et omnibus *addidit Baehrens; solum* omnibus *Vahlen;* vel indolesc. *Norden* || 22 rude P || 24 dei *post* maiestate *addidit Wirth* || qua P *m. 1 corr. e* quo || 25 studiis *post* plurimarum *add. Kronenberg* || 26 filosofia P.

neque quae supra nos caelo suspensa sublata sunt
neque quae infra terrarum profunda demersa sunt aut
scire sit datum aut scrutari permissum aut ruspari
religiosum et beati satis satisque prudentes iure uide-
amur, si secundum illud vetus sapientis oraculum
6 nosmet ipsos familiarius nouerimus. sed quatenus
indulgentes insano atque inepto labori ultra humili-
tatis nostrae terminos euagamur et in terram proiecti
caelum ipsum et ipsa sidera audaci cupiditate tran-
scendimus, uel hunc errorem saltem non uanis et for-
7 midulosis opinionibus implicemus. sint principio om-
nium semina natura in se coeunte densata: quis hic
auctor deus? sint fortuitis concursionibus totius
mundi membra coalita, digesta, formata: quis deus ma-
chinator? sidera licet ignis accenderit, caelum licet sua
materia suspenderit levitate et terram fundauerit pon-
dere, mare licet confluxerit e liquore: unde haec religio?
8 unde formido, quae superstitio est? homo et animal
omne, quod nascitur, inspiratur, attollitur, elementorum
ut uoluntaria concretio est, in quae rursum homo et
animal omne diuiditur, soluitur, dissipatur: ita in
fontem refluunt et in semet omnia reuoluuntur nullo
9 artifice nec iudice nec auctore. sic congregatis ignium

7 Verg. Aen. VI 135. — 7 s. Hor. od. I 22, 10. — 9 Hor. od. I 3, 38. — 11 Lucret. I 50—55. — 13 Cic. de deor. nat. I 66.— 14 [Vell. Paterc. II 90, 1]. — 16 Cic. de deor. nat. II 44; Lucret. I 248; V 416 s. et 495 s; Ov. fast. V 13 (met. I 12).
12 Lactant. divin. inst. IV 8, 4; Augustin. de civ. dei VII 9 extr.

---

2 terrarum *scripsi;* terram P || 3 datum ut scrutare P || ruspari *Jos. Scaliger coll. Tert. de pallio 2;* suspicari *Dombart;* stuprari P || 5 veteris *Usener* || 15 accenderit, caelum licet sua materia suspenderit levitate (*add. Synnerberg*) et terram fundaverit pondere, mare *scripsi;* accenderit et caelum licet sua materia suspenderit, licet terram fundaverit pondere et mare et (*ante rasuram*) licet P || 17 confluxerit *Davisius*; influxerit P || 18 dei formido *Klussmann* || 20 concretio *ex* concreto *corr.* P.

seminibus soles alios atque alios semper splendere,
sic exalatis terrae uaporibus nebulas semper *alias*
adolescere, quibus densatis coactisque nubes altius
surgere, isdem labentibus pluuias fluere, flare uentos,
grandines increpare, uel nimbis conlidentibus tonitrua
mugire, rutilare fulgora, fulmina praemicare; adeo
passim cadunt, montes inruunt, arboribus incurrunt,
sine dilectu tangunt loca sacra et profana, homines
noxios feriunt *saepe* et saepe religiosos. quid tem- 10
pestates loquar uarias et incertas, quibus nullo ordine
uel examine rerum omnium impetus uolutatur? in
naufragiis bonorum malorumque fata mixta, merita
confusa? in incendiis interitum conuenire insontium
nocentiumque? et cum tabe pestifera caeli tractus
inficitur, sine discrimine omnes deperire? et cum
belli ardore saeuitur, meliores potius occumbere? in 11
pace etiam non tantum aequatur nequitia melioribus,
sed extollitur, ut in pluribus nescias, utrum sit
eorum detestanda prauitas an optanda felicitas. quod 12
si mundus diuina prouidentia et alicuius numinis
auctoritate regeretur, numquam mereretur Phalaris
et Dionysius regnum, numquam Rutilius et Camillus
exilium, numquam Socrates uenenum. ecce arbusta 13
frugifera, ecce iam seges cana, iam temulenta uinde-
mia imbri corrumpitur, grandine caeditur. adeo aut
incerta nobis ueritas occultatur et premitur aut, quod
magis credendum est, uariis et lubricis casibus soluta
legibus fortuna dominatur.

1 s. Cic. de deor. nat. II 101; 118; Tuscul. I 43. — 8 s. Lucret. VI 417 s., II 1100 s., Aristoph. nub. 398 s. — 14 s. Verg. Aen. III 137 s., cfr. Thucyd. II 53, 4. — 16 s. cfr. Soph. Philoct. 446—450. — 21 s. Cic. de deor. nat. III 80 s. — 22 cfr. Liv. epitom. libr. 70.

1 atque *bis habet* P ‖ 2 alias *addidit Sauppe* ‖ 9 saepe *addidit Klussmann* ‖ 12 mixtã erita P[1] ‖ 18 extollitur *Usener;* et colitur P ‖ 22 dionisius P.

6 Cum igitur aut fortuna caeca aut incerta natura sit, quanto uenerabilius ac melius, antistitem ueritatis maiorum excipere disciplinam, religiones traditas colere, deos, quos a parentibus ante inbutus es timere quam nosse familiarius, adorare nec de numinibus ferre sententiam, sed prioribus credere, qui adhuc rudi saeculo in ipsius mundi natalibus meruerunt deos uel famulos habere uel reges? inde adeo per uniuersa imperia, prouincias, oppida uidemus singulos sacrorum ritus gentiles habere et deos colere municipes: Eleusinios Cererem, Phrygas Matrem, Epidaurios Aesculapium, Chaldaeos Belum, Astarten Syros, Dianam Taurios, Gallos Mercurium, uni-
2 uersorum Romanos. sic eorum potestas et auctoritas totius orbis ambitum occupauit, sic imperium suum ultra solis uias et ipsius oceani limites propagauit, dum exercent in armis uirtutem religiosam, dum urbem muniunt sacrorum religionibus, castis uirginibus, multis honoribus ac nominibus sacerdotum; dum obsessi et citra solum Capitolium capti colunt deos, quos alius iam spreuisset iratus, et per Gallorum acies mirantium superstitionis audaciam pergunt telis inermes, sed cultu religionis armati; dum captis hostilibus moenibus adhuc ferociente uictoria numina uicta uenerantur; dum undique hospites deos quaerunt

2 Pacuvius (v. 366 Ribb.) ap. Cornific. Rhet. ad Herenn. II 36.— 3 Cic. de deor. nat. III 5.— 8 cfr. Octav. 23, 5. — 16 Verg. Aen. VI 796. — 18 Cic. de deor. nat. III 94 et II 8; Liv. V 46, 1—3; Flor. I 7 (13) 16. — 25 Liv. V 21, 3.

1 fortuna caeca *Dombart;* fortuna certa P || 2 antistitem *Wowerus;* antistites P || 5 estimere P (est. *m. 2*) P || 7 mundi P *corr. e* mundus || famulos *Usener;* faciles P || 9 opida P || 11 [et] Eleusinios *Kronenberg coll. 20, 3 et 21, 1* || 12 esculapium chaldeos P || 13, 14 uniuersorum *scripsi coll. 6, 3;* uniuersam P, *sed* m *erasa* || 15 ambitus P, *corr. Halm* || 21 iratus *Wowerus;* iratos P || 23 captis *Ouzelius;* capti in P.

et suos faciunt; dum aras extruunt etiam ignotis nu-
minibus [et manibus]. sic dum uniuersarum gentium 3
sacra suscipiunt, etiam regna meruerunt. hinc per-
petuus uenerationis tenor manavit, qui longa aetate
non infringitur, sed augetur. quippe antiquitas caeri-
moniis atque fanis tantum sanctitatis tribuere con-
sueuit quantum adstruxit uetustatis.
Nec tamen temere (ausim enim interim et ipse 7
concedere et sic melius enarrare) maiores nostri aut
obseruandis auguriis aut extis consulendis aut in-
stituendis sacris aut delubris dedicandis operam na-
uauerunt. specta de libris memoriam: eos deprehen- 2
des initiasse ritus omnium religionum, uel ut re-
muneraretur diuina indulgentia uel ut auerteretur
imminens ira aut iam tumens et saeuiens placaretur.
testis mater Idaea, quae aduentu suo et probauit 3
matronae castitatem et urbem metu hostili liberauit;
testes equestrium fratrum in lacu *Iuturnae*, sicut *se*
ostenderant, statuae consecratae, qui anheli spumantibus
equis atque fumantibus de Perse uictoriam eadem
die qua fecerant nuntiauerunt; testis ludorum offensi

6 Quintil. III 7, 26. — 8 s. Cic. de deor. nat. II 163. — 16 s. Liv. XXIX 14; Octav. 27, 4; cfr. Cic. de imp. Cn. Pomp. 30. — 17—20 Cic. de deor. nat. II 6; Tuscul. I 28; Flor. I 28 (II 12) 15. — 21 Liv. II 36, 2; Valer. Max. I 7, 4.

16 Tertull. apol. 22; Lactant. divin. inst. II 7, 2; Augustin. de civ. dei X 16, 4. — 18 Tertull. apol. 22; Lactant. divin. inst. II 7, 9. — 21 s. ibid. II 7, 20.

---

1 etiam *ed. pr.;* dum etiam P; interdum etiam *Heraldus* || 2 et manibus *seclusit Usener;* et inmanibus *Baehrens* || 3 meruerunt *ed. pr.* merunt P; inierunt *Meursius* || 4 manavit *Cornelissen;* mansit P || 5 cerimoniis P || 7 adstruxit *Halm c. cr.*, adstrucserit P (-xserit *m. 2*) || 9 enarrare *scripsi;* errare P || nostri ut P || 12 memoriam: eos *scripsi;* memoria iam eos P || 15 aut iam P (*add.* ut *s. l.*) || 16 Idaea *Ursinus,* *dea (*ex* idea) P || 18 Iuturnae *addidit Usener* || sicut se *Ursinus,* sič P *sed* c *in ras.* || 19 anhelis P, anheli *Gelenius* || 20 persae P || 21 nunciaverunt P *m. 1* || offensi *Rigaltius;* offensio P.

Iouis de somnio plebei hominis iteratio; [et Deciorum
deuotio rata testis est;] testis et Curtius, qui equi
inmissi uel mole uel honore hiatum profundae uoragi-
4 nis coaequauit. frequentius etiam quam uolebamus
deorum praesentiam contempta auspicia contestata
sunt. sic Allia nomen infaustum, sic Claudi et Iuni
non proelium in Poenos, sed ferale naufragium
est; et ut Trasimenus Romanorum sanguine et
maior esset et decolor, spreuit auguria Flaminius;
et ut Parthos signa repetamus, dirarum inprecationes
5 Crassus et meruit et inrisit. omitto uetera quae multa
sunt, et de deorum natalibus, donis, muneribus neg-
lego carmina poetarum; praedicta etiam de oraculis
fata transilio, ne uobis antiquitas nimium fabulosa
uideatur. intende templis ac delubris deorum, quibus
Romana ciuitas et protegitur et ornatur: magis sunt
augusta numinibus incolis praesentibus inquilinis
6 quam cultus insignibus et muneribus opulenta. inde
adeo pleni et mixti deo uates futura praecerpunt,
dant cautelam periculis, morbis medellam, spem ad-
flictis, opem miseris, solacium calamitatibus, laboribus
leuamentum. etiam per quietem deos uidemus, audi-
mus, agnoscimus, quos impie per diem negamus, nolu-
mus, eieramus.

8 Itaque cum omnium gentium de dis inmortalibus,
quamuis incerta sit uel ratio uel origo, maneat tamen

2 Cic. de deor. nat. II 10; de divin. I 51; Liv. VIII 9 et X 28, 12 s. — 3 s. Liv. VII 6, 5; Valer. Max. V 6, 2. — 6 Verg. Aen. VI 717; cfr. Liv. V 38. — 7—9 Cic. de deor. nat. II 8; de divin. I 29; 77; II 71. — 10 Verg. Aen. VII 606. — 17 s. Verg. Aen. I 446 s.

---

1 somno P, *corr. Gelenius* || *verba* et decuriorum (*sic* P) d. r. t. e. *interpolata esse vidit Halm.* || 2 s. equi inmissi *Ott*; equitis sui P || 4 coequavit P || 7 praelium P *m. 1* || 8 est *delevit E. Hiller* || thrysimenus P || sanguinẽ P *aute rasuram* || 10 phartos P || repeteremus *Halm* || inpraecationes grassus P || 18 cultus *vulgo*; cultu* P; cultu *ed. pr.* || 21 solatium P *corr. m. 2* || 23 impiae P || 24 peieramus P, *corr. I. Fr. Gronovius* || 25 dis P *add.* i *s. l.*

firma consensio, neminem fero tanta audacia tamque
inreligiosa nescio qua prudentia tumescentem, qui hanc
religionem tam uetustam, *tam* utilem, tam salubrem
dissoluere aut infirmare nitatur. sit licet ille Theo- 2
dorus Cyrenaeus uel qui prior Diagoras Melius,
cui *ἄθεον* cognomen adposuit antiquitas, qui uterque
nullos deos adseuerando timorem omnem, quo hu-
manitas regitur, uenerationemque penitus sustulerunt:
numquam tamen in hac inpietatis disciplina simulatae
philosophiae nomine atque auctoritate pollebunt. cum 3
Abderiten Protagoram Athenienses, uirum consulte
potius quam profane de diuinitate disputantem et
expulerint suis finibus et in contione eius scripta
deusserint, quid homines — sustinebitis enim me
impetum susceptae actionis liberius exerentem —
homines, inquam, deploratae, inlicitae ac desperatae
factionis grassari in deos non ingemescendum est?
qui de ultima faece collectis imperitioribus et mulieri- 4
bus credulis sexus sui facilitate labentibus plebem
profanae coniurationis instituunt, quae nocturnis con-
gregationibus et ieiuniis sollemnibus et inhumanis
cibis non sacro quodam, sed piaculo foederatur, late-
brosa et lucifuga natio, in publicum muta, in angulis
garrula: templa ut busta despiciunt, deos despuunt,
rident sacra, miserentur (misereri si fas est) sacer-
dotum, honores et purpuras reiciunt ipsi seminudi.

5 Cic. de deor. nat. I 2. — 6 ibid. I 63; 117. — 24. Tac. ann. IV 38; Origenes contra Cels. VII 62 et VIII 38.
13 Lactant. de ira dei 9, 2. — 21 Tertull. ad uxorem II 14. 24 Tertull. de spect. 13; Firmic. Matern. de errore profan. rel. 16, 3. — 25 s. Tertull. de spect. 13; de idolatr. 11.

---

3 tam utilem *Gelenius*; utilem P || 4 s. theudorus cyreneus P || 5 dargoras (i *supra* a *pr.*) milesius P || 10 filosofiae P || 11 Protagoram *ed. pr.* pitagorã P || uirum *Maehly*, uiri P || 13 scribta P || 18 fece P || 19 labendibus P || 22 foederatur *Vahlen*; foederantur P || 23 lucifugax P, *corr. P. Daniel* || 25 misereri *Synnerberg;* miseri P || 26 reiciunt *Cornelissen*; despiciunt P.

5 pro mira stultitia et incredibilis audacia! spernunt
tormenta praesentia, dum incerta metuunt et futura;
et, dum mori post mortem timent, interim mori
non timent: ita illis pauorem fallax spes solacio
rediuiuo blanditur.

9 Ac iam, ut fecundius nequiora proueniunt, ser-
pentibus in dies perditis moribus per uniuersum orbem
sacraria ista taeterrima impiae coitionis adolescunt.
2 eruenda prorsus haec et execranda consensio. occultis
se notis et insignibus noscunt et amant mutuo paene
antequam nouerint; passim etiam inter eos uelut
quaedam libidinum religio miscetur, ac se promisce
appellant fratres et sorores, ut etiam non insolens
stuprum intercessione sacri nominis fiat incestum.
ita eorum uana et demens superstitio sceleribus
3 gloriatur. nec de ipsis, nisi subsisteret ueritas,
maxime nefaria et honore praefanda sagax fama lo-
queretur. audio eos turpissimae pecudis caput asini
consecratum inepta nescio qua persuasione uenerari:
4 digna et nata religio talibus moribus! alii eos ferunt
ipsius antistitis ac sacerdotis colere genitalia et quasi
parentis sui adorare naturam: nescio an falsa, certe
occultis ac nocturnis sacris adposita suspicio! et qui
hominem summo supplicio pro facinore punitum et
crucis ligna feralia eorum caerimonias fabulatur, con-
gruentia perditis sceleratisque tribuit altaria, ut id
5 colant quod merentur. iam de initiandis tirunculis fa-
bula tam detestanda quam nota est. infans farre con-
tectus, ut decipiat incautos, adponitur ei qui sacris

3 Origenes contra Cels. VIII 49. — 12 Martial. II 4, 3; X 65, 15; Petron. 127; Theophil. ad Autolyc. III 4. — 15 cfr. Verg. Aen. VIII 187.
12 Tertull. apol. 39.

---

1 mira P (*corr. ex* miram, *ut videtur* || incredibilis *in* -li *corr.* P || 4 s. solatio redivivo *ed. pr.*, solacia rediviva P || 8 teterrima P || 10 pene P || 11 velud P || 17 maxime nefaria *P. Daniel*; maxima et varia P || praefandas (s *erasa*) P || 21 antistis P || 25 fabulatur *ed. pr.*, fabulantur P.

inbuatur. is infans a tirunculo farris superficie quasi
ad innoxios ictus prouocato caecis occultisque uulne-
ribus occiditur. huius — pro nefas! — sitienter sanguinem
lambunt, huius certatim membra dispertiunt, hac foe-
derantur hostia, hac conscientia sceleris ad silentium
mutuum pignerantur. haec sacra sacrilegiis omnibus
taetriora. et de conuiuio notum est; passim omnes 6
locuntur, id etiam Cirtensis nostri testatur oratio. ad
epulas sollemni die coeunt cum uxoribus, liberis, soro-
ribus, matribus, sexus omnis homines et omnis aetatis;
illic post multas epulas, ubi conuiuium caluit et
incestae libidinis ebriatis feruor exarsit, canis, qui
candelabro nexus est, iactu offulae ultra spatium
lineae, qua uinctus est, ad impetum et saltum pro-
uocatur. sic euerso et extincto conscio lumine inpu- 7
dentibus tenebris nexus infandae cupiditatis inuol-
uunt per incertum sortis, etsi non omnes corpore,
conscientia tamen pariter incesti, quoniam uoto uni-
uersorum adpetitur quicquid accidere potest in actu
singulorum.

Multa praetereo consulto; nam et haec nimis **10**
multa sunt, quae aut omnia aut pleraque omnium
uera declarat ipsius prauae religionis obscuritas. cur 2
etenim occultare et abscondere quicquid illud colunt
magnopere nituntur, cum honesta semper publico

1 Iustin. apol. II 12; Origin. contra Cels. VI 27; Athenagor. suppl. pro Christian. cap. 3. — 13. Iustin. apol. I 26. — 15 s. Origin. contra Cels. VI 27; cfr. Ov. am. I 6, 59 s. — 21 cfr. Cic. de imp. Cn. Pomp. 26. — 23 Origin. contra Cels. I 1. — 25 Ev. Ioann. 3, 20 s.

11 Sulpic. Sever. chron. II 13, 7. — 13 Tert. apol. 7.

---

7 tętriora P || 9 uxoribus *Kronenberg*; omnibus P || 9 s. sorororib. P || hominis P || 11 aepulas ubi comvivium caruit P; *cfr. Sulp. Sev. chron. II, 13, 7: cum . . convivium calere coepisset etc.* || 12 incaestae lividinis (lib. *corr.*) P || ebriatis *Meursius*; ebrietatis P || carnis P || 17 corpore *Hartel*, oporae P, opera *ed. pr.*

gaudeant, scelera secreta sint? cur nullas aras habent,
templa nulla, nulla nota simulacra, numquam palam
loqui, numquam libere congregari *sunt visi*, nisi illud,
quod colunt et interprimunt, aut puniendum est aut
3 pudendum? unde autem uel quis ille aut ubi deus
unicus, solitarius, destitutus, quem non gens libera,
non regna, non saltem Romana superstitio nouerunt?
4 Iudaeorum sola et misera gentilitas unum et ipsi
deum, sed palam, sed templis, aris, uictimis caeri-
moniisque coluerunt, cuius adeo nulla uis nec potestas
est, ut sit Romanis numinibus cum sua sibi natione
5 captiuus. at iam Christiani quanta monstra, quae
portenta confingunt! deum illum suum, quem nec
ostendere possunt nec uidere, in omnium mores *et*
actus, omnium uerba denique et occultas cogitationes
diligenter inquirere, discurrentem scilicet atque ubi-
que praesentem; molestum illum uolunt, inquietum,
inpudenter etiam curiosum, siquidem adstat factis om-
nibus, locis omnibus intererrat, cum nec singulis in-
seruire possit per uniuersa districtus nec uniuersis
sufficere in singulis occupatus.

11 Quid? quod toto orbi et ipsi mundo cum si-
deribus suis minantur incendium, ruinam moli-
untur, quasi aut naturae diuinis legibus constitutus
aeternus ordo turbetur aut rupto elementorum
omnium foedere et caelesti conpage, qua conti-
2 netur et cingitur, divisa moles ista subruatur. nec

5 cfr. Hom. Od. I 170. — 14 cfr. Octav. cap. 32, 4; Theophil. ad Autolyc. I 2. — 17 s. Cic. de deor. nat. I 52 et 54. — 22 Senec. ad Polyb. de consol. 1, 2. — 25 s. Ov. met. I 256—258.
1 s. Tertull. de spect. 13.

3 sunt visi *addidit Maehly* || 9, 10 cerimonisque P *corr. ex* erimonisq. || 11 numinibus *Wowerus*, nominibus P, hominibus *ed. pr.* || 12 at iam *Scheffer*; ad (at *corr.*) etiam P || quanta monstra *Davisius*; quantã ñra (n *in* quantam *mutata in* m) P || 14 in omnium mores et (et *om.* P) actus, omnium *scripsi* || 20 destrictus P || 25 conpagetur P || 26 moles ista qua continetur et cingitur P, *quae verba in suum locum restituit Kronenberg.*

hac furiosa opinione contenti aniles fabulas ad-
struunt et adnectunt: renasci se ferunt post mortem
et cineres et fauillas et nescio qua fiducia mendaciis
suis inuicem credunt: putes eos iam reuixisse. anceps 3
malum et gemina dementia, caelo et astris, quae sic
relinquimus ut inuenimus, interitum denuntiare, sibi
mortuis extinctis, qui sicut nascimur et interimus,
aeternitatem repromittere! inde uidelicet [et] execran- 4
tur rogos et damnaut ignium sepulturas, quasi non
omne corpus, etsi flammis subtrahatur, annis tamen
et aetatibus in terram resoluatur, nec intersit, utrum
ferae diripiant an maria consumant an humus con-
tegat an flamma subducat, cum cadaueribus omnis
sepultura, si sentiunt, poena sit, si non sentiunt, *ignis*
ipsa conficiendi celeritate medicina. hoc errore decepti 5
beatam sibi ut bonis et perpetem uitam mortuis pol-
licentur, ceteris ut iniustis poenam sempiternam. multa
ad haec subpetunt, ni festinet oratio. iniustos ipsos
magno sine labore iam docui. quamquam, etsi iustos
darem, culpam tamen uel innocentiam *fateor* fato
tribui sententiis plurimorum. et haec uestra con- 6
sensio est; nam quicquid agimus, ut alii fato, ita uos
deo dicitis . . . .: sic sectae uestrae non spontaneos
cupere, sed electos. igitur iniquum iudicem fingitis, 7
qui sortem in hominibus puniat, non uoluntatem.
uellem tamen sciscitari, utrumne cum corporibus *an*
sine corporibus, et corporibus quibus, ipsisne an inno-
uatis resurgatur? sine corpore? hoc, quod sciam, ne-

8 Senec. de remed. fortuit. 5, 1 et 2. — 10 Eurip. (Frgm. 757 N.) ap. Cic. Tusc. III 59. — 11 s. Senec. ep. 92, 34.
10 Lactant. divin. inst. VII 8, 6.

3 fabillas P || 7 mortuis *seclusit Usener* || 8 [et] *idem* || 14 ignis ipsa *Dombart*, ipsa P || 16 baeatam P || ut P; et *ed. pr.* || mortuis *ed. pr.*, mortui P || 19 magno sine labore iam docui *scripsi*; magis nec laboro iam docui P || 20 fateor *addidi* || 23 *post* dicitis *Usener lacunae signa posuit* || 26, 27 an sine corporibus *addidit Halm.*

que mens neque anima nec uita est. ipso corpore?
sed iam ante dilapsum est. alio corpore? ergo homo
8 nouus nascitur, non prior ille reparatur. et tamen
tanta aetas abiit, saecula innumera fluxerunt: quis
unus ullus ab inferis uel Protesilai sorte remeauit,
horarum saltem permisso commeatu, ut exemplo
9 crederemus? omnia ista figmenta male sanae opinionis
et inepta solacia a poetis fallacibus in dulcedinem
carminis lusa a uobis nimium credulis in deum
uestrum turpiter reformata sunt.

12 Nec saltem de praesentibus capitis experimentum,
quam uos inritae pollicitationis cassa uota decipiant:
quid post mortem inpendeat, miseri, dum adhuc
2 uiuitis, aestimate. ecce pars uestrum, et maior
melior, ut dicitis, egetis algetis, opere fame laboratis;
et deus patitur, dissimulat, non uult aut non potest
3 opitulari suis: ita aut inualidus aut iniquus est. tu,
qui inmortalitatem postumam somnias, cum quercera
quateris, cum febribus ureris, cum dolore laceraris,
nondum condicionem tuam sentis? nondum adgnoscis
fragilitatem? inuitus miser infirmitatis argueris nec
4 fateris? sed omitto communia. ecce uobis minae,
supplicia, tormenta et iam non adorandae sed subeun-
dae cruces, ignes etiam quos et praedicitis ed timetis.
ubi deus ille, qui subuenire reuiuescentibus potest,
5 uiuentibus non potest? nonne Romani sine uestro

4 Iustin. apol. I 19; Theophil. ad Autolyc. I 13. — 5 Lucian. dialog. mortuor. 23. — 16 Epicur. Frgm. 374 Usener (p. 252, 30); Cic. de deor. nat. I 3; Clem. Alexandr. Stromat. p. 598 ed. Potter. — 19 cfr. Ov. ex Pont. I 10, 5.

4 s. Lactant. divin. inst. VII 22, 10. — 14 cfr. Cyprian. de cathol. eccles. unit. cap. 20. — 15 Lactant. divin. inst. V 21, 7. cfr. de ira dei 13, 20.

---

6 ut *scripsi*; velud P || 8 dulcedine P; *corr. Wopkens* || 9 nimirum P; *corr. Gelenius* || 11 salitem P *ante rasuram* || 12 pollicationis P || 14, 15 maior et melior *Vahlen* || 18 querquera *L. Carrio*; periculo P || 20 sentis P *corr. e* senis || 26 non P *m. 1. s. l.*

deo imperant, regnant, fruuntur orbe toto uestrique
dominantur? uos uero suspensi interim atque solliciti
honestis uoluptatibus abstinetis, non spectacula uisitis,
non pompis interestis, conuiuia publica absque uobis,
sacra certamina, praecerptos cibos et delibatos altari-
bus potus abhorretis. sic reformidatis deos quos
negatis. non floribus caput nectitis, non corpus odo- 6
ribus honestatis; reseruatis unguenta funeribus, coro-
nas etiam sepulcris denegatis, pallidi, trepidi, miseri-
cordia digni — sed nostrorum deorum! ita nec resurgitis
miseri nec interim uiuitis. proinde si quid sapientiae 7
uobis aut uerecundiae est, desinite caeli plagas et
mundi fata et secreta rimari; satis est *quod est* pro
pedibus aspicere maxime indoctis, inpolitis, rudibus,
agrestibus, quibus non est datum intellegere ciuilia,
multo magis denegatum est disserere diuina.

Quamquam si philosophandi libido est, Socraten, 13
sapientiae principem, quisque uestrum tantus est, si
potuerit, imitetur. eius uiri, quotiens de caelesti-
bus rogabatur, nota responsio est: quod supra nos,
nihil ad nos. merito ergo de oraculo testimonium 2
meruit prudentiae singularis. quod oraculum, idem
ipse persensit, idcirco uniuersis *se* esse praepositum,
non quod omnia comperisset, sed quod nihil se
scire didicisset; ita confessae inperitiae summa pru-

3 cfr. Octav. 37, 10; Theophil. ad Autolyc. III 15. — 12 Varro ap. Non. 396, 8; 382, 4 (sat. lex Maenia 234 Buecheler). — 12 s. Ennius (201 Ribbeck) ap. Cic. de divin. II 30 et de re publ. I 30; Terent. Adelph. 386 (III 3, 32); Senec. de morte Claud. 8; cfr. Plato Theaet. p. 174. — 17 Cic. de deor. nat. II 167. — 20 Cic. acad. post. I 16.

5 Tertull. de spect. 13. — 19—21 Lactant. divin. inst. III 20, 10.

---

7 capud P *m. 1* || 13 quod est *addidit Klussmann* || 17 filosofandi P || 23 persensit *Ouzelius*; praesensit P || se *add. Wowerus.* || 25 confessio *Heumann coll. 38, 5.*

3 dentia est. hoc fonte defluxit Arcesilae et multo post Carneadis et Academicorum plurimorum in summis quaestionibus tuta dubitatio, quo genere philosophari
4 et caute indocti possunt et docti gloriose. quid, Simonidis melici nonne admiranda omnibus et sectanda cunctatio? qui Simonides cum de eo, quid et quales arbitraretur deos, ab Hierone tyranno quaereretur, primo deliberationi diem petiit, postridie biduum prorogavit, mox alterum tantum admonitus adiunxit. postremo cum causas tantae morae tyrannus inquireret, respondit ille, quod sibi, quanto inquisitio
5 tardior pergeret, tanto ueritas fieret obscurior. mea quoque opinione quae sunt dubia, ut sunt, relinquenda sunt, nec tot ac tantis uiris deliberantibus temere et audaciter in alteram partem ferenda sententia est, ne aut anilis inducatur superstitio aut omnis religio destruatur.'

14 Sic Caecilius et renidens (nam indignationis eius tumorem effusae orationis impetus relaxauerat): 'ecquid ad haec' ait 'audet Octauius, homo Plautinae prosapiae, ut pistorum praecipuus, ita postremus philo-
2 sophorum?' 'parce' inquam 'in eum plaudere; neque enim prius exultare te dignum est concinnitate sermonis quam utrimque plenius fuerit peroratum, maxime cum non laudi, set ueritati disceptatio uestra ni-
3 tatur. et quamquam magnum in modum me subtili uarietate tua delectarit oratio, tamen altius moueor,

1 s. Cic. de deor. nat. I 11. — 5 ibid. I 60. — 15 s. Cic. de divin. I 7. — 27 Cic. de fin. II 3; Theophil. ad Autolyc. I 1.
6 cfr. Tertull. ad nation. II 2.

1 arcesile P || 2 carneadis *ex*-tis *corr.* P || et Pyrronis et Acad. *Vahlen coll. c. 38, 5* || 5 simonides melchi P || 7 quereretur P || 8 petit posttridie P; *em. in ed. pr.* || 9 adiunxit P, *sed* x *in ras. trium ductuum* || 18 renidens *ed. pr.*, renitens P || 19 ecquid *Ursinus;* et qui P; et quid *ed. pr.* || 21 Christianorum praecip. *Stieber* || 25 laudis et P; *corr. Gelenius* || 25, 26 annitatur *Halm c. cr.*

non de praesenti actione, sed de toto genere dis-
putandi, quod plerumque pro disserentium uiribus
et eloquentiae potestate etiam perspicuae ueritatis
condicio mutetur, id accidere pernotum est audi- 4
torum facilitate, qui dum uerborum lenocinio a
rerum intentionibus auocantur, sine dilectu adsenti-
untur dictis omnibus nec a rectis falsa secernunt
nescientes inesse et *in* incredibili uerum et in uerisi-
mili mendacium. itaque quo saepius adseverationibus 5
credunt, eo frequentius a peritioribus arguuntur:
sic adsidue temeritate decepti culpam iudicis trans-
ferunt ad incerti querellam, ut damnatis omnibus
malint uniuersa suspendere quam de fallacibus iudi-
care. igitur nobis prouidendum est, ne odio itidem 6
sermonum omnium laboremus ita, ut in execrationem
et odium hominum plerique simpliciores efferantur;
nam incaute creduli circumueniuntur ab iis, quos
bonos putauerunt. mox errore consimili iam su-
spectis omnibus ut improbos metuunt etiam quos
optimos sentire potuerunt. nos proinde solliciti, 7
quod utrimque omni negotio disseratur et ex altera
parte plerumque obscura sit ueritas, ex altero latere
mira subtilitas, quae nonnumquam ubertate dicendi
fidem confessae probationis imitetur, diligenter quan-
tum potest singula ponderemus, ut argutias quidem
laudare, ea uero quae recta sunt eligere, probare, su-
scipere possimus.'

'Decedis' inquit Caecilius 'officio iudicis religiosi; 15
nam periniurium est uires te actionis meae inter-

4—7 Cic. de deor. nat. I 10. — 11, 12 Sall. Jug. 1, 4. —
28 cfr. Cic. in Verr. act. I 28.
5 Lactant. divin. inst. III 1, 2.

---

6 dilectũ P || 8 in *addidit Balduinus* || verisimile P ||
12 quaerellam P || 13 mallint P || 14 itidem *Maehly;* identidem P;
indidem *Dombart* || 17 ab iis *Halm;* ab his P || 22 ex altera
lateat mira *Wowerus.*

gressu grauissimae disputationis infringere, cum Octauius integra et inlibata habeat singula, si potest,
2 refutare.' 'id quod criminaris,' inquam, 'in commune, nisi fallor, conpendium protuli, ut examine scrupuloso nostram sententiam non eloquentiae tumore, sed rerum ipsarum soliditate libremus. nec auocanda, quod quereris, diutius intentio, cum toto silentio liceat responsionem Ianuari nostri iam gestientis audire.'

16 Et Octauius: 'dicam equidem, ut potero, pro uiribus, et adnitendum tibi mecum est, ut conuiciorum amarissimam labem uerborum ueracium flumine diluamus. nec dissimulabo principio ita Natalis mei errantem, uagam, lubricam nutasse sententiam, ut sit nobis ambigendum, utrum uafritia turbata sit
2 an uacillauerit per errorem. nam interim deos credere, interim se deliberare uariauit, ut propositionis incerto certior responsionis nostrae intentio fundaretur. sed in Natali meo uersutiam nolo [non credo]; procul est ab eius [subtilitate] simplicitate
3 subtilis urbanitas. quid igitur? ut qui rectam uiam nescit, ubi, ut fit, in plures una diffinditur, [quia uiam nescit] haeret anxius nec singulas audet eligere nec uniuersas *potest* probare: sic cui non est ueri stabile iudicium, prout infida suspicio spargitur, ita
4 eius dubia opinio dissipatur. nullum itaque mira-

12 Cic. de deor. nat. II 20. — 13, 14 ibid. II 2. — 22 Ov. fast. V 3; Verg. Aen. VI 540.

---

2 debeat *Wopkens* || 3 refutare *Heraldus;* reputare P || 7 quaereris P || 11 conviciorum *ex* comvitiorum P || 12 flumine *Meursius;* in lumine P || 15 vafritia *Haupt;* tua eruditio P; versutia *Vahlen* || 19, 20 non credo *ut glossema seclusi* || 20 subtilitate *delevit Gelenius* || 22 fit *idem;* sit P || diffunditur P; *corr. Gelenius* || quia P, *sed* a *erasa;* quia viam nescit *inclusit Halm* || 23 heret P || 24 potest *addidit Kronenberg.*

culum est, si Caecilius identidem in contrariis ac repugnantibus iactetur, aestuet, fluctuetur. quod ne fiat ulterius, conuincam et redarguam quamvis diversa, quae dicta sunt, una ueritate confirmata probataque. sic nec dubitandum ei de cetero est nec 5 uagandum. et quoniam meus frater erupit, aegre se ferre, stomachari, indignari, dolere inliteratos, pauperes, inperitos de rebus caelestibus disputare, sciat omnes homines sine dilectu aetatis, sexus, dignitatis rationis et sensus capaces et habiles procreatos nec fortuna nanctos, sed natura insitos esse sapientiam; quin ipsos etiam philosophos uel si qui alii artium repertores in memorias exierunt, priusquam sollertia mentis parerent nominis claritatem, habitos esse plebeios, indoctos, seminudos: adeo diuites facultatibus suis inligatos magis aurum suspicere consuesse quam caelum, nostrates pauperes et commentos esse prudentiam et tradidisse ceteris disciplinam. unde apparet ingenium non dari facultatibus nec studio parari, sed cum ipsa mentis formatione generari. nihil itaque indignandum uel 6 dolendum, si quicumque de diuinis quaerat (*quae*) sentiat proferat, cum non disputantis auctoritas, sed disputationis ipsius ueritas requiratur. atque etiam, quo imperitior sermo, hoc inlustrior ratio est, quoniam non fucatur pompa facundiae et gratiae, sed, ut est, recti regula sustinetur.

6 cfr. Octav. 5, 4.— 22 Cic. de deor. nat. I 10.— 25 Theophil. ad Autolyc. I 1.

12 s. [Lact. divin. inst. I 22, 8]. — 15 ibid. VI 4, 20; VII 1, 19.

2 aestuet *Meursius;* aestu et P || 3 comvincam P || 4, 5 provataque P || 5 sic *Davisius;* sint P || 7 stomacari P || 12 philosofos P || 13 in memoriam *maluit Baehrens coll. Lact. I 22 res tamen in memoriam non exire* || exierunt P, *sed* i *s. l. m. 2* || 14 claritate P *m 1* || 22 quae *addidit Lindner* || 26 fugatur P.

17 Nec recuso, quod Caecilius adserere inter prae-
cipua conisus est, hominem nosse se et circumspicere
debere, quid sit, unde sit, quare sit; utrum elementis
concretus an concinnatus atomis an potius a deo
2 factus, formatus, animatus. quod ipsum explorare et
eruere sine uniuersitatis inquisitione non possumus,
cum ita cohaerentia, conexa, concatenata *cuncta* sint,
ut nisi diuinitatis rationem diligenter excusseris, ne-
scias humanitatis, nec possis pulchre gerere rem
ciuilem, nisi cognoueris hanc communem omnium
mundi ciuitatem, praecipue cum a feris beluis hoc
differamus, quod illa prona in terramque uergentia
nihil nata sunt prospicere nisi pabulum. nos, quibus
uultus erectus, quibus suspectus in caelum, *quibus*
datus est sermo et ratio, per quae deum adgnoscimus,
sentimus, imitamur, ignorare nec fas nec licet ingeren-
tem sese oculis et sensibus nostris caelestem claritatem;
3 sacrilegii enim uel maxime instar est, humi quaerere
quod in sublimi debeas inuenire. quo magis mihi
uidentur qui hunc mundi totius ornatum non diuina
ratione perfectum uolunt, sed frustis quibusdam temere
cohaerentibus conglobatum, mentem, sensum, oculos
4 denique ipsos non habere. quid enim potest esse tam
apertum, tam confessum tamque perspicuum, cum
oculos in caelum sustuleris et quae sunt infra circa-
que lustraueris, quam esse aliquod numen praestantissi-

2 cfr. Octav. 5,5. — 11 cfr. Cic. acad. pr. II 108. — 12 Sall. Cat. 1, 1; Ov. met. I 84 s. — 14. Cic. de deor. nat. II 140; de leg. I 26. — 20 cfr. Cic. de deor. nat. II 17. — 21 ibid. II 147. — 22 cfr. Octav. 5, 7. — 25 Cic. de deor. nat. II 4; Athenagor. supplic. pro Christian. cap. 4.

12 Lactant. divin. inst. II 1, 14—19. — 14 cfr. Isidor. origin. XI 1, 5. — 16. Lactant. divin. inst. II 1, 7. — 16 s. ibid. I 5, 2. — 25 ibid. I 2, 5.

---

3 aelementis P || 4 athomis P || 7 cuncta *addidit Koch* || 13 sunt *Heumann;* sint P || nobis *Heumann* || 14 quibus *addidit Usener* || 18 maximi *ed. pr.*

mae mentis, quo omnis natura inspiretur, moueatur,
alatur, gubernetur? caelum ipsum uide quam late ten- 5
ditur, quam rapide uoluitur, uel quod in noctem astris
distinguitur uel quod in diem sole lustratur: iam scies,
quam sit in eo summi moderatoris mira et diuina
libratio. uide et annum, ut solis ambitus faciat, et
mensem uide, ut luna auctu, senio, labore circumagat.
quid tenebrarum et luminis dicam recursantes uices, 6
ut sit nobis operis et quietis alterna reparatio? relin-
quenda uero astrologis prolixior de sideribus oratio, uel
quod regant cursum nauigandi uel quod arandi meten-
dique tempus inducant. quae singula non modo ut
crearentur, fierent, disponerentur, summi opificis et per-
fectae rationis eguerunt, uerum etiam sentiri, perspici,
intellegi sine summa sollertia et ratione non possunt. 7
quid, cum ordo temporum ac frugum stabili uarietate
distinguitur, nonne auctorem suum parentemque testa-
tur uer aeque cum suis floribus et aestas cum suis
messibus et autumni maturitas grata et hiberna oliuitas
necessaria? qui ordo facile turbaretur, nisi maxima
ratione consisteret. iam prouidentiae quantae, ne 8
hiems sola glacie ureret aut sola aestas ardore tor-
reret, autumni et ueris inserere medium temperamen-
tum, ut per uestigia sua anni reuertentis occulti et
innoxii transitus laberentur. mari intende: lege litoris 9
stringitur; [quicquid arborum est vide, quam e terrae
visceribus animatur]; aspice oceanum: refluit reciprocis
aestibus; vide fontes: manant venis perennibus; fluvios

2. s. Xenoph. memorab. IV 3, 3—10. — 4 Cic. de deor. nat. II 15 (cfr. II 101). — 8 s. ibid. II 132; de republ. IV 1 (ap. Non. p. 234, 243). — 13. Cic. de deor. nat. II 115. — 16 ibid. I 100. — 26 ibid. II 120. — 27 ibid. II 98.

---

1 moveatur *de glossemate suspectum Baehrensio.* || 10 astrologis P *corr. m. 1 ex* astrolegis || 14 perspicis P *sed* s *erasa* || 19 hiberni *Baehrens coll. c. 34, 11* || 25 laverentur P¹ || 26, 27 *verba* quicquid — animatur *interpolatione rhetorica ex Cic. de deor. nat. II 120, ut mihi videtur, addita seclusi.*

10 intuere: eunt semper exercitis lapsibus. quid loquar
apte disposita recta montium, collium flexa, porrecta
camporum? quidue animantium loquar aduersus sese
tutelam multiformem: alias armatas cornibus alias den-
tibus saeptas et fundatas ungulis et spicatas aculeis
aut pedum celeritate liberas aut elatione pinnarum?
11 ipsa praecipue formae nostrae pulchritudo deum fate-
tur artificem: status rigidus, uultus erectus, oculi in
summo uelut in specula constituti et omnes ceteri
sensus uelut in arce compositi.

18 Longum est ire per singula. nihil in homine
membrorum est, quod non et necessitatis causa sit
et decoris; et quod magis mirum est, eadem figura
omnibus, sed quaedam unicuique liniamenta deflexa.
sic et similes uniuersi uidemur et inter se singuli
2 dissimiles inuenimur. quid nascendi ratio? quid?
cupido generandi nonne a deo data est, et ut ubera
partu maturescente lactescant et ut tener fetus uber-
3 tate lactei roris adolescat? nec uniuersitati solum-
modo deus, sed et partibus consulit: Britannia sole
deficitur, sed circumfluentis maris tepore recreatur;
Aegypti siccitatem temperat Nilus; quotannis Euphrates
Mesopotamiam pro imbribus pensat; Indus flumen
et serere orientem dicitur et rigare. quod si in-
gressus aliquam domum omnia exculta, disposita,
4 ornata vidisses, utique praeesse ei crederes do-
minum et illis bonis rebus multo esse meliorem: ita
in hac mundi domo cum caelum terramque per*scru-*

1 Cic. de deor. nat. II 132. — 2 [Apul. metam. I 2.] — 4. Cic. de deor. nat. II 121; 127. — 9. ibid. II 140. — 17. ibid. II 128 (II 69). — 19 Lucret. I 258. — 19 s. Cic. l. c. II 164. — 22—24 ibid. II 130. — 25. ibid. II 15; 17.

3 Lactant. de opif. dei 2, 3 s.

---

2 vallium *Davisius* || 5 septas P || 10 sensus *ed. pr.* sensib P || velud P || 20 bryttania P || 22 quotannis *Kronenberg;* amnis colet P || eufrates P.

*tans a*spicias prouidentiam ordinem legem, crede esse
uniuersitatis dominum parentemque ipsis sideribus et
totius mundi partibus pulchriorem. ni forte, quoniam 5
de prouidentia nulla dubitatio est, inquirendum putas,
utrum unius imperio an arbitrio plurimorum caeleste
regnum gubernetur; quod ipsum non est multi laboris
aperire cogitanti imperia terrena, quibus exempla uti-
que de caelo. quando umquam regni societas aut cum 6
fide coepit aut sine cruore discessit? omitto Persas de
equorum hinnitu augurantes principatum, et Thebano-
rum par, mortuam fabulam, transeo. ob pastorum
et casae regnum *caesum unum* de geminis memoria
notissima est. generi et soceri bella toto orbe diffusa
sunt, et tam magni imperii fortuna duos non cepit.
uide cetera: rex unus apibus, dux unus in gregibus, 7
in armentis rector unus. tu in caelo summam pro-
prietatem diuidi credas et scindi ueri illius ac diuini
imperii totam potestatem?... cum palam sit parentem
omnium deum nec principium habere nec terminum, qui
natiuitatem omnibus praestet, sibi perpetuitatem, qui
ante mundum fuerit sibi ipse pro mundo; qui uniuersa,
quaecumque sunt, uerbo iubet, ratione dispensat, uir-
tute consummat. hic non uideri potest: uisu clarior 8

8 Ennius (trag. v. 381 Ribb.) ap. Cic. de off. I 26 et de rep. I 49. — 10 cfr. Stat. Theb. X 876. — 12 Propert. V 1, 10. — 14 Sen. Thyest. 444 (Agam. 259); Lucan. Pharsal. I 111; Flor. II 13 (IV 2) 14. — 20 ad Timoth. I 6, 13 et 16. — 21 Athenagor. supplic. pro Christian. c. 16.

8 Cyprian. idol. c. 8. — 15 s. ibid. 8 extr., Lactant. de ira dei 11, 4. — 21 Tertull. adv. Prax. 5. — 23 Cyprian. idol. c. 9 init.

1 perscrutans aspicias *scripsi;* perspicias P; perlustrans *addidit Vahlen* || 2 siderebus P *m. 1* || 5 plurium *Guil. Meyer* || 7 a quibus *Halm* || 9 desiit *Ursinus coll. Cyprian. idol. c. 5, 2* || 10, 11 thebanorum permortuam P; *em. Meursius et Rigaltius* || 12 caesum unum *addidit Dombart* || 14 duos fortuna P; *traiecit Heumann* || 16, 17 proprietatem *scripsi coll. Tert. apol. 24;* potestatem P || 18 *ante* cum palam sit *lacunae signa posuit Dombart* || 20 prestet P.

est; nec conprendi [potest]: *tactu purior est;* nec aestimari: sensibus maior est, infinitus, inmensus et soli
sibi tantus, quantus est, notus. nobis uero ad intellectum pectus angustum est, et ideo sic eum digne
9 aestimamus, dum inaestimabilem dicimus. eloquar
quemadmodum sentio: magnitudinem dei qui se putat
nosse, minuit, qui non uult minuere, non nouit. nec
10 nomen deo quaeras: deus nomen est. illic uocabulis
opus est, cum per singulos propriis appellationum insignibus multitudo dirimenda est; deo, qui solus est,
dei uocabulum totum est. quem si patrem dixero,
carnalem opineris, si regem, terrenum suspiceris, si
dominum, intellegas utique mortalem. aufer addita-
11 menta nominum et perspicies eius claritatem. quid
quod omnium de isto habeo consensum? audio uulgus:
cum ad caelum manus tendunt, nihil aliud quam 'o deus'
dicunt et 'deus magnus est' et 'deus uerus est' et 'si
deus dederit'. uulgi iste naturalis sermo est an Christiani
confitentis oratio? et qui Iouem principem uolunt, falluntur in nomine, sed de una potestate consentiunt.

19 Audio poetas quoque unum patrem diuum atque
hominum praedicantes, et talem esse mortalium men-
2 tem, qualem parens omnium diem induxerit. quid

2 Athenag. supplic. pro Christian. c. 10 init. — 8 Origin. contra Cels. VII 27. — 10 s. Iustin. cohort. ad gent. 21; cfr. apol. I 61 et II 6. — 21 Ennius (ann. 566, 567V.) ap. Cic. de deor. nat. II 4; cfr. Varro de ling. lat. V 65 M. et Verg. Aen. X 2. — 22 s. Hom. Od. XVIII 136 s. — 23 cfr. Iustin. apol. I 13.

8 Cypr. idol. c. 9; cfr. Lactant. divin. inst. I 6, 5. — 18 Tertull. apol. 17; de testim. anim. 2. — 22 s. cfr. Augustin. de civ. dei V 8. —

---

1 [potest] *Halm* || tactu purior est *addiderunt Canterus et Ursinus ex Cypr. idol. 9 init.* || 3 vero P *corr. ex* verbo || 12 carnalem — terrenum *Wopkens;* terrenum — carnalem P || 13 intellegis P, *corr. Cornelissen* || 15 de histo P *ante rasuram* || 16 o deus *scripsit Baehrens ex Cypr. idol. 9;* deum P || 17 dm̃ verus P *corr. in* dñs verus (*pro* ds̃ verus) || 23 induxerit *Davisius;* duxerit P.

Mantuanus Maro? nonne apertius proximius uerius principio ait caelum ac terras et cetera mundi membra spiritus intus alit et infusa mens agitat, inde hominum pecudumque genus et quicquid aliud animalium? idem alio loco mentem istam et spiritum deum nominat. haec enim uerba sunt:

deum namque ire per omnes
terrasque tractusque maris caelumque profundum,
unde homines et pecudes, unde imber et ignes.

quid aliud et a nobis deus quam mens et ratio et 3
spiritus praedicatur? recenseamus, si placet, disciplinam
philosophorum: deprehendes eos, etsi sermonibus ua-
rios, ipsis tamen rebus in hanc unam coire et con-
spirare sententiam. omitto illos rudes et ueteres, qui 4
de suis dictis sapientes esse meruerunt. sit Thales
Milesius omnium primus, qui primus omnium de cae-
lestibus disputauit. is autem Milesius Thales rerum
initium aquam dixit, deum autem eam mentem quae
ex aqua cuncta formauerit [eo altior et sublimior
aquae et spiritus ratio, quam ut ab homine poterit
inueniri, a deo traditum]: uides philosophi principalis
nobiscum penitus opinionem consonare. Anaximenes 5

2 s. Verg. Aen. VI 724—729. — 7 Verg. Georg. IV 221 s. — 10 Verg. Aen. I 743. — 11 Senec. ad Helv. matr. de consol. 8, 3. — 16 Cic. de deor. nat. I 25; cfr. Iustin. cohort. ad gent. 3. — 19 Athenag. supplic. pro Christian. c. 23. — 23 Cic. de deor. nat. I 26.

2 s. Lactant. divin. inst. I 5, 11. — 7 ibid. I 5, 11—13.

---

6 eius verba *Ursinus*, enim vera P || 11 a] ad P *ante rasuram* || 13, 14 variis P, *corr. Halm c. cr.* || 18 disputabit P *m. 1* || is autem *Vahlen;* isdem P; is enim *Baehrens* || 20 eo P *distincte;* et *ed. pr.*, est *Vahlen;* eo altior — traditum *ut glossema inclusit Halm praeeunte I. F. Gronovio* || 21 potuerit *Halm* || 22 filosophi || 23 anaxamenes P.

deinceps et post Apolloniates Diogenes aera deum
statuunt infinitum et inmensum; horum quoque similis
6 de diuinitate consensio est. Anaxagorae rerum di-
scriptio et motus infinitae mentis deus dicitur; et
Pythagorae deus est animus per uniuersam rerum
naturam commeans et intentus, ex quo etiam ani-
7 malium omnium uita capiatur. Xenophanen notum
est omne infinitum cum mente deum tradere, et Anti-
sthenen populares deos multos, sed naturalem unum
praecipuum, Speusippum uim [naturalem] animalem,
8 qua omnia regantur, deum nosse. quid? Democritus,
quamuis atomorum primus inuentor, nonne plerumque
naturam quae imagines fundat et intellegentiam deum
loquitur? Straton quoque et ipse naturam? etiam
Epicurus ille, qui deos aut otiosos fingit aut nullos,
9 naturam tamen superponit. Aristoteles uariat et ad-
signat tamen unam potestatem; nam interim mentem,
mundum interim deum dicit, interim mundo deum
praeficit. Heraclides Ponticus quoque mundo diuinam
10 mentem quamuis uarie adscribit. Theophrastus etiam
uariat alias mundo, alias menti diuinae tribuens prin-

1 Cic. de deor. nat. I 29.— 3 ibid. I 26. — 5 ibid. I 27. — 7 ibid. I 28. — 8-11 ibid. I 32. — 11 ibid. I 29. — 14 ibid. I 35. — 15 ibid. I 53. — 18 ibid. I 34. — 20 ibid. I 35 (acad. pr. II 118).

5. cfr. Lactant. de ira dei 11, 14. — 14 Tertull. apol. 47. — 16 Lactant. divin. inst. I 5, 22.

---

3 rerum *Bouhier;* vero P || 3, 4 discriptio *Usener;* descriptio P || 4 motus *Meursius et Rigaltius;* metus P; modus *ed. pr.* || 7 capiatur *ed. pr.*, capitatur P || xeonfanen P || 8, 9 antistenen P || 10 zeuxippus P; Speusippus *ed. pr.*, *em. Gelenius* || naturalem *dittographum delet Davisius* || 11 qua P; quo P *corr. m. 2* || 12 athomorum P *m. 2* || 19 mundo *Sauppe coll. Cic. l. c.,* de deo P || 19 *post* praeficit *addit* P: aristoles Ponticus variat alias mundo alias menti divinae tribuens principatum, *quae verba deleto emblemate* Aristoles Ponticus *post* Theophrastus etiam *§ 10 transponenda esse vidit C. Roeren coll. Cic. d. n. I 35* || 20 theofrastus et zenon (*p. 29, 1*) *etc.* P; etiam *pro* et *Vahlen.*

cipatum. Zenon et Chrysippus et Cleanthes sunt et
ipsi multiformes, sed ad unitatem prouidentiae omnes
reuoluuntur. Cleanthes enim mundum *modo*, modo ani-
mum, modo aethera, plerumque rationem deum disserit.
Zenon, eiusdem magister, naturalem legem atque di-
uinam et aethera interim interdumque rationem uult
omnium esse principium; idem interpretando Iunonem
aera, Iouem caelum, Neptunum mare, ignem esse Vul-
canum et ceteros similiter uulgi deos elementa esse mon-
strando publicum arguit grauiter et reuincit errorem.
eadem fere Chrysippus: uim diuinam rationalem na- 11
turam et mundum, interim et fatalem necessitatem
deum credit Zenonemque interpretatione physiologica
in Hesiodi, Homeri Orpheique carminibus imitatur.
Babylonio etiam Diogeni disciplina est exponendi 12
et disserendi, Iouis partum et ortum Mineruae et hoc
genus cetera rerum uocabula esse, non deorum. nam 13
Socraticus Xenophon formam dei ueri negat uideri
posse et ideo quaeri non oportere, Aristo Stoicus
comprehendi omnino non posse: uterque maiestatem
dei intellegendi desperatione senserunt. Platoni aper-
tior de deo et rebus ipsis et nominibus oratio est et
quae tota esset caelestis, nisi persuasionis ciuilis non-
numquam admixtione sordesceret. Platoni itaque in 14

1 Cic. de deor. nat. I 36; 37; 39. — 5 Cic. de deor. nat. I 36. — 7 s. Athenagor. supplic. pro Christian. c. 6. — 11 Cic. de deor. nat. I 39. — 12 ibid. I 40; 55. — 15 Cic. de deor. nat. I 41. — 18 Xenoph. memorab. IV 3, 13; Cic. de deor. nat. I 31. — 24 Plato Tim. p. 28 C; Cic. Tim. c. 2; de deor. nat. I 30; cfr. Athenagor. supplic. pro Christian. c. 23.

11 Tertull. apol. 21. — 18 cfr. Lactant. de ira dei 11, 13. — 24 ibid. 11, 11. — 24 s. Tertull. apol. 46.

---

1 crysippus P, *ut et postea* || 3 mundum modo, modo animum *Halm;* mentem modo animum P || 4 disserit *Davisius*; disseruit P || 13 physiologica *Bursian;* physo sogiae P *corr. in* phylologiae || 14 aesiodi homeri orfeique P || 17 cetera *Rigaltius;* ceterarum P || 18 xenofon P || vere *W. H. Kramer* || 19 aristo stonicus P; *corr. ed. pr.* || 20 compraehendi P || magistatem P.

Timaeo deus est ipso suo nomine mundi parens, arti-
fex animae, caelestium terrenorumque fabricator, quem
et inuenire difficile prae nimia et incredibili potestate
et, cum inueneris, in publicum dicere inpossibile prae-
15 fatur. eadem fere sunt ista, quae nostra sunt; nam
et deum nominamus et parentem omnium dicimus et
numquam publice nisi interrogati praedicamus.
20 Exposui opiniones omnium ferme philosophorum,
quibus inlustrior gloria est, deum unum multis licet
designasse nominibus, ut quiuis arbitretur, aut nunc
Christianos philosophos esse aut philosophos fuisse
2 iam tunc Christianos. quod si prouidentia mundus
regitur et unius dei nutu gubernatur, non nos debet
antiquitas inperitorum fabellis suis delectata uel capta
ad errorem mutui rapere consensus, cum philoso-
phorum suorum sententiis refellatur, quibus et rationis
3 et uetustatis adsistit auctoritas. maioribus enim nostris
tam facilis in mendaciis fides fuit, ut temere credide-
rint etiam talia monstruosa miracula: Scyllam multi-
plicem, Chimaeram multiformem et Hydram felici-
bus uulneribus renascentem et Centauros equos suis
hominibus inplexos, et quicquid famae licet fingere
4 illis erat libenter audire. quid illas aniles fabulas, de
hominibus aues et feras [homines] et de hominibus
arbores atque flores? quae si essent facta, fierent;
5 quia fieri non possunt, ideo nec facta sunt. similiter
ac miracula deos quoque maiores nostri inprouide

1—5 Plato Tim. 34 B; 68 E; Apul. de dogm. Plat. I 5. — 7 Cic. de deor. nat. I 42. — 17 Ov. fast. IV 203. — 21 s. Cic. de deor. nat. I 108; II 5. — 25 s. Cic. de divin. II 41. — 27 s. cfr. Cic. Lael. 100.

1 ipso suo *ex* ipsuo *corr.* P || numine *Baehrens* || 3 inveniris P *m. 1* invenires *m. 2* || 5 fere sunt ista *Halm;* fere et ista P || 6 nominamus *Kronenberg;* novimus P || 8 opiones o.f. filosophorum P || 11 filosophos *bis* P *ut et v. 15, 16* || 19 talia *Vonck;* alia P || monstruosa mira miracula P || 20 chimeram P || 24 [homines] *Lindner* || 26 non P *s. l. sed a pr. m.* || 26, 27 similiter ac miracula *scripsi;* similiter ac vero erga P || 27 improvidi P; *corr. Heumann.*

creduli rudi simplicitate crediderunt; dum reges suos colunt religiose, dum defunctos eos desiderant in imaginibus uidere, dum gestiunt eorum memorias in statuis detinere, sacra facta sunt quae fuerant adsumpta solacia. denique et antequam commerciis orbis 6
pateret et antequam gentes ritus suos moresque miscerent, unaquaeque natio conditorem suum aut ducem inclytum aut reginam pudicam sexu suo fortiorem aut alicuius muneris uel artis repertorem uenerabatur ut ciuem bonae memoriae: sic et defunctis praemium et futuris dabatur exemplum.

Lege historicorum scripta uel scripta sapientium: 21
eadem mecum recognosces. ob merita uirtutis aut muneris deos habitos Euhemerus exsequitur et eorum natales, patrias, sepulcra dinumerat et per prouincias monstrat, Dictaei Iouis et Apollinis Delphici et Phariae Isidis et Cereris Eleusiniae. Prodicus ad- 2
sumptos in deos loquitur, qui errando inuentis nouis 7
frugibus utilitati hominum profuerunt. in eandem sententiam et Persaeus philosophatur et adnectit inuentas fruges et frugum ipsarum repertores isdem nominibus, ut comicus sermo est, Venerem sine Libero et Cerere frigere. Alexander ille magnus 3
Macedo insigni uolumine ad matrem suam scripsit, metu suae potestatis proditum sibi de diis homini-

7 Cic. de deor. nat. III 50. — 14 ibid. I 119; II 62. — 18 ibid. I 118. — 20 ibid. I 38. — 22 Terent. Eun. IV 5, 6; Cic. l. c. II 60. — 24 Athenag. supplic. pro Christian. c. 28 init.

4 Cyprian. idol. c. 1; 23 ibid. c. 3. — 23 Augustin. de civ. dei VIII 5 et 27.

---

1 credulis P *ante rasuram* || 12 historicorum *P. Daniel et Ursinus;* stoicorum P || 14 Euhemerus *Gelenius;* erueret P || 16 dicta eiiovis (ei *in* et *corr.*) P || delfices fariae (delfi et pariae *corr. m. 2*) P; *corr. ed. pr.* || 17 prodigus P; *corr. Rigaltius* || 20 perseus filosofatur P || et * adnectit P (et *corr. ex* ec) || 24 Macedo *om. Halm.*

bus a sacerdote secretum: illic Vulcanum facit om-
4 nium principem, et postea Iouis gentem. Saturnum
enim principem huius generis et examinis omnes
scriptores uetustatis Graeci Romanique hominem pro-
diderunt. scit hoc Nepos et Cassius in historia; et Thallus
5 ac Diodorus hoc loquuntur. is itaque Saturnus Creta
profugus Italiam metu filii saeuientis accesserat et
Iani susceptus hospitio rudes illos homines et agre-
stes multa docuit ut Graeculus et politus: litteras
6 inprimere, nummos signare, instrumenta conficere. ita-
que latebram suam, quod tuto latuisset, uocari maluit
Latium, et urbem Saturniam [dedit] de suo nomine et
Ianiculum Ianus, ad memoriam uterque posteritatis,
7 reliquerunt. homo igitur utique qui fugit, homo uti-
que qui latuit, et pater hominis et natus ex homine;
Terrae enim et Caeli filius, quod apud Italos esset
ignotis parentibus, proditur, ut in hodiernum inopinato
uisos caelo missos, ignobiles et ignotos terrae filios
8 nominamus. eius filius Iuppiter Cretae excluso parente
regnauit, illic obiit, illic filios habuit: adhuc antrum
Iouis uisitur et sepulcrum eius ostenditur, et ipsis
sacris suis humanitatis arguitur.

11 s. Verg. Aen. VIII 321 s., 357 s. — 16 cfr. Athenagor. supplic. pro Christian. c. 23. — 18 cfr. Tibull. I 3, 89. — 22 Cic. de deor. nat. III 53; cfr. Tatian. or. ad Graec. 27; Athenagor. l. c. 30; Theophil. ad Autolyc. I 10; II 3; Origin. contra Cels. III 43.

4 Tertull. apol. 10. — 5, 6 Lactant. divin. inst. I 13, 8. — 6 Inc. auct. de origin. gent. Roman. c. 3, 1 et 2. — 10 Isidor. origin. XVI 18, 4. — 16 Tertull. apol. 10; Lactant. l. c. I 11, 55. — 22. Cyprian. idol. c. 2; Lactant. l. c. I 11, 46.

---

1 illic *Rigaltius;* illi P || 2 *post* gentem *in* P *sequuntur* et despicis isidis ad hirundinem (*p. 33, 22*) *usque ad* cum sit veritas obvia, sed requirentibus (*p. 37, 3*). *ordinem restituit Lindner* || 12 dedit *seclusi;* idem *Usener;* indito *Dombart.* || 16 et *Usener;* vel P; *at cfr. Tert. apol. c. 10* || 17 proditur *Usener;* proditus P || 19 craete P.

Otiosum est ire per singulos et totam seriem 9
generis istius explicare, cum in primis parentibus
probata mortalitas in ceteros ipso ordine successionis
influxerit, nisi forte post mortem deos fingitis, ut
perierante Proculo deus Romulus et Iuba Mauris
uolentibus deus est et diui ceteri reges, qui consecran-
tur non ad fidem numinis, sed ad honorem emeritae
potestatis. inuitis his denique hoc nomen adscribitur; 10
optant in homine perseuerare, fieri se deos metuunt,
etsi iam senes nolunt. ergo nec de mortuis dii, quo-
niam deus mori non potest, nec de natis, quoniam
moritur omne quod nascitur; diuinum autem id est,
quod nec ortum habet nec occasum. cur enim, si nati 11
sunt, non hodieque nascuntur? nisi forte iam Iuppiter
senuit et partus in Iunone defecit et Minerua canuit
antequam peperit. an ideo cessauit ista generatio,
quoniam nulla huiusmodi fabulis praebetur adsensio?
ceterum si dii creare possent, interire non possent, 12
plures totis hominibus deos haberemus, ut iam eos
nec caelum contineret nec aer caperet nec terra ge-
staret. unde manifestum est homines illos fuisse, quos
et natos legimus et mortuos scimus. [et despicis Isidis
ad hirundinem, sistrum, et adsparsis membris inanem
tui Serapidis siue Osiris tumulum.]

1 cfr. Athenagor. supplic. pro Christian. c. 14. — 9 Suet. Vespas. 23 extr. — 15 Senec. (fragm. 119) ap. Lact. divin. inst. I 16, 10; Tatian. or. ad Graec. 21. — 17 Athenagor. 23. — 18 Theophil. ad Autolyc. II 3.

4 Tertull. apol. 11 init., ad nation. II 13 init. — 5 Tertull. apol. 24; Cyprian. idol. c. 2. — 6 Lactant. divin. inst I 15, 6. — 9 Tertull. apol. 33; ad nation. I 17. — 13 s. Cyprian. idol. c. 3 extr. — 18 cfr. Lactant. l. c. I 16, 10 s., Euseb. Constantini orat. ad sanctorum coetum 4.

4 ut *Meursius;* et P || 5 iuva P; Iuba *ed. pr.* || 11 potest *Wowerus;* posset P || 18 creari *Gelenius* || possint P *corr. idem* || 20 aera P; *corr. ed. pr.* || 22—24 *verba* et despicis — Osiris tumulum *sive ex alio loco hic invecta sive ex alio scriptore in margine ad sequentem de Iside narrationem adiecta sunt.*

22 Considera denique sacra ipsa et ipsa mysteria: inuenies exitus tristes, fata et funera et luctus atque planctus miserorum deorum. Isis perditum filium cum Cynocephalo suo et caluis sacerdotibus luget, plangit, inquirit, et Isiaci miseri caedunt pectora et dolorem infelicissimae matris imitantur; mox inuento paruulo gaudet Isis, exultant sacerdotes, Cynocephalus inuentor gloriatur, nec desinunt annis omnibus uel perdere quod inueniunt uel inuenire quod perdunt.
2 nonne ridiculum est uel lugere quod colas uel colere quod lugeas? haec tamen Aegyptia quondam nunc et sacra Romana sunt. Ceres facibus accensis et serpente circumdata Orco subreptam et corruptam Liberam anxia et sollicita uestigat: haec sunt Eleu-
3 sinia. et quae Iouis sacra sunt? nutrix capella est et auido patri subtrahitur infans, ne uoretur, et Corybantum cymbalis, ne pater audiat uagitus, tinnitus
4 eliditur. Cybelae Dindyma pudet dicere, quae adulterum suum infeliciter placitum, quoniam ipsa et deformis et uetula, ut multorum deorum mater, ad stuprum inlicere non poterat, exsecuit, ut deum scilicet faceret et eunuchum. propter hanc fabulam Galli eam et semiuiri sui corporis supplicio colunt.
5 haec iam non sunt sacra, tormenta sunt. quid? formae ipsae et habitus nonne arguunt ludibria et dedecora deorum uestrorum? Vulcanus claudus deus et debilis, Apollo tot aetatibus leuis, Aesculapius bene barbatus,

2 Cic. de deor. nat. II 62. — 5. Iuven. sat. VI 533 s. — 6. Senec. de superstit (frgm. 35) ap. Augustin. de civ. dei VI 10. — 7 Iuven. sat. VIII 29. 18 Ov. fast. IV 207; Verg. Georg. IV 64. — 21. Tatian. or. ad Graec. c. 8. — 25 Cic. de deor. nat. I 83. — 26 s. ibid. III 83.

4 Lactant. divin. inst. I 17, 6. — 5 ibid. I 21, 24. — 26 s. Tert. ad nation. I 10

4 cynecefalo P; item *v.7* || 5 anquirit *Halm* || 13 Orco *Kronenberg;* errore P || 17 tinnitus *Gelenius;* initus P || 18 cybele P || 19, 20 ipsa et *Heumann;* et ipsa P || 22 faceret et (= etiam) eunuchum P, *sed* et *erasum.* || 25 decora P; *em. Gelenius.*

etsi semper adulescentis, Apollinis filius, Neptunus
glaucis oculis, Minerua caesiis, bubulis Iuno, pedibus
Mercurius alatis, Pan ungulatis, Saturnus compeditis.
Ianus uero frontes duas gestat, quasi et auersus
incedat. Diana interim est alte succincta venatrix
et Ephesia mammis multis et uberibus exstructa et
Triuia trinis capitibus et multis manibus horrifica.
quid ipse Iuppiter uester? modo inberbis statuitur, 6
modo barbatus locatur; et cum Hammon dicitur,
habet cornua, et cum Capitolinus, tunc gerit ful-
mina, et cum Latiaris, cruore perfunditur, et cum
Feretrius, corona ambitur. et ne longius multos
Ioues obeam, tot sunt Iouis monstra quot nomina.
Erigone suspensa de laqueo est, ut uirgo inter astra 7
ignita sit; Castores alternis moriuntur, ut uiuant;
Aesculapius ut in deum surgat fulminatur, Hercules
ut hominem exuat Oetaeis ignibus concrematur.

Has fabulas et errores et ab inperitis parenti- **23**
bus discimus et, quod est grauius, ipsis studiis et
disciplinis elaboramus carminibus praecipue poetarum,
qui plurimum quantum ueritati ipsi sua auctoritate
nocuerunt. et Plato ideo praeclare Homerum illum 2
inclytum laudatum et coronatum de ciuitate, quam in

5 Cic. de deor. nat. III 58. — 7 cfr. Verg. Aen. IV 511. — 8 Cic. l. c. III 53. — 10 Theophil. ad Autolyc. I 10. — 12 Cic. l. c. III 42. — 13 Ov. met. VI 125. — 14 Hom. Od. XI 303 s. — 15 Ov. fast. VI 759—762; Cic. l. c. III 57. — 17 ibid. III 41. — 18 cfr. Tac. dial. 29. — 18 s. Cic. Tuscul. II 27. — 19 Cic. de deor. nat. I 42; 77; II 70. — 22 Cic. Tuscul. II 27; III 3; de rep. IV 5, 5 (ap. Non. p. 308); Plato Polit. III p. 387 B; Iustin. apol. II 9.

4 Cyprian. idol. c. 2. — 14 ibid — 17 cfr. Arnob. adv. nation. I 36. — 22 s. Tertull. ad nation. II 7; (Augustin. de civ. dei II 14).

---

6 uberibus *Ursinus;* ueribus P || 7 tribia P || 8 inbarbis *ex* — vis *corr.* P || 12 corona ambitur *Ott;* non auditur P; opimis induitur *J. Fr. Gronovius* || 13 quod P || 15 ignita ed. pr., ignata P; agnita *Baehrens* || 17 Oetaeis] henneis P || 19 ipsi studiis *Meursius.*

3 sermone instituebat, eiecit. hic enim praecipuus bello
Troico deos uestros, etsi ludos facit, tamen in hominum rebus et actibus miscuit, hic eorum paria composuit, sauciauit Venerem, Martem uinxit, uulnerauit,
4 fugauit. Iouem narrat Briareo liberatum, ne a diis ceteris ligaretur, et Sarpedonem filium, quoniam morti non poterat eripere, cruentis imbribus fleuisse et loro Veneris inlectum flagrantius quam in adulteras soleat
5 cum Iunone uxore concumbere. alibi Hercules stercora egerit et Apollo Admeto pecus pascit. Laomedonti uero muros Neptunus instituit, nec mercedem operis
6 infelix structor accipit. illic *Vulcanus* Iouis fulmen cum Aeneae armis in incude fabricatur, cum caelum et fulmina et fulgura longe ante fuerint, quam Iuppiter in Creta nasceretur, et flammas ueri fulminis nec Cyclops
7 potuerit imitari nec ipse Iuppiter non uereri. quid loquar Martis et Veneris adulterium deprehensum et in Ganymeden Iouis stuprum caelo consecratum? quae omnia in hoc prodita, ut uitiis hominum quaedam
8 auctoritas pararetur. his atque huiusmodi figmentis et mendaciis dulcioribus corrumpuntur ingenia puero-

3 Hom. Il. XX 67 s., V 335 s. — 4 Athenagoras suppl. pro Christian. cap. 21; cfr. Hom. Il. V 376; 385 s., 855 s., Theophil. ad Autolyc. I 9. — 5 Hom. Il. I 396 s., cfr. Ps. Iustin. cohort. ad gentil. c. 2.— 6 Cic. de divin. II 25; Hom. Il. XVI 459 s., Athenagor. suppl. pro Christian. c. 21; (Hom. Il. XVI 522). — 8 Hom. Il. XIV 312. — 9 Eurip. Alcest. 1 s. — 11 Hom. Il. XXI 446—452; Ov. met. XI 205 s. — 12 s. Verg. Aen. VIII 424 s. — 17 Hom. Od. VIII 266—369; Athenagor. supplic. pro Christian. c. 21; (Hom. Od. VIII 308). — 18 Ov. met. X 155 s., Hom. Il. XX 231 s. — 21. Cic. Tuscul. II 27.

3 Firmic. Matern. de error. profan. relig. 12, 8. — 6 Tertull. apol. 14. — 10 Tertull. l. c., Cyprian idol. c. 2; Arnob. adv. nation. IV 25. — 16 Tertull. apol. c. 11.

---

4 Martem *ed. pr.*, matrem P || 7 flevisse *Gelenius;* flevit P || loro *Heraldus;* thoro P || 12 accepit P; *corr. Gelenius* || Vulcanus *addidit Ursinus* || 15 cyclobs P || 18 ganimeden P; Ganymede *Koch* || 19 ut vi * * tiis P || 20 hiis P.

rum et isdem fabulis inhaerentibus adusque summae
aetatis robur adolescunt et in isdem opinionibus miseri
consenescunt, cum sit ueritas obuia, sed requirentibus.
quis ergo dubitat, hominum imagines consecratas uulgus 9
orare et publice colere, dum opinio et mens imperi-
torum artis concinnitate decipitur, auri fulgore prae-
stringitur, argenti nitore et candore eboris hebetatur?
quodsi in animum quis inducat, tormentis quibus et 10
quibus machinis simulacrum omne formetur, erubescet
timere se materiem ab artifice, ut deum faceret, in-
lusam. deus enim ligneus, rogi fortasse uel infelicis 11
stipitis portio, suspenditur, caeditur, dolatur, runcina-
tur. et deus aereus uel argenteus de immundo uasculo 12
saepius, ut factum Aegyptio regi, conflatur, tunditur
malleis et *in* incudibus figuratur; et lapideus *deus*
caeditur, scalpitur et ab impurato homine leuigatur,
nec sentit suae natiuitatis iniuriam, ita ut nec postea
de uestra ueneratione culturam; nisi forte nondum
deus saxum est uel lignum uel argentum. quando
igitur hic nascitur? ecce funditur, fabricatur, sculpitur: 13
nondum deus est; ecce plumbatur, construitur, erigitur:
nec adhuc deus est; ecce ornatur, consecratur, oratur:
tunc postremo deus est, cum homo illum uoluit et
dedicauit.

Quanto uero de diis uestris animalia muta naturalius **24**
iudicant! mures, hirundines, milui non sentire eos sciunt:

11 Iesai. 44, 12 s. — 12 Cic. de divin. II 86; acad. pr. II 101. 13 Herodot. II 172; Iustin. apol. I 9; cfr. Clem. Rom. Homil. X 8. — 13 s. Ps. Iustin. ep. ad Diognet. c. 2. — 23 Horat. sat. I 8, 1 s.; Martial. VIII 24, 5 s.

13 Arnob. adv. nation. VI 14.— 15 cfr. ibid. I 39.— 26 Tertull. apol. 12; cfr. Arnob. adv. nation. VI 16.

---

1 summum *Cornelissen* ‖ 4 hominum *Halm;* horum P; deorum *Baehrens* ‖ 9 * erubescet P ‖ 10 materiē * P (ẽ *in ras*) ‖ 11 lingeus P ‖ 13 ereus P ‖ 14 saepius, ut *Iac. Gronovius;* ut saepius P ‖ 15 in *addidit Meursius* ‖ deus *addidit Vahlen* ‖ 25 quanto vero — naturalius *Boot;* quanta vero — naturaliter P; quam vero *Dombart;* quam acute *Baehrens.*

rodunt, inculcant, insident ac, nisi abigatis, in ipso
dei uestri ore nidificant; araneae uero faciem eius
2 intexunt et de ipso capite sua fila suspendunt. uos
tergetis, mundatis, eraditis et illos, quos facitis et
protegitis, timetis, dum unusquisque uestrum non
cogitat prius se debere deum nosse quam colere, dum
inconsulte gestiunt parentibus oboedire, dum fieri
malunt alieni erroris accessio quam sibi credere, dum
nihil ex his quae timent norunt. sic in auro et
argento auaritia consecrata est, sic statuarum inanium
consignata forma, sic nata Romana superstitio. quo-
rum ritus si percenseas, ridenda quam multa, *quam*
3 *multa* etiam miseranda sunt! nudi cruda hieme discur-
runt, alii incedunt pilleati, scuta uetera circumferunt,
pelles caedunt, mendicantes uicatim deos ducunt; quae-
dam fana semel anno adire permittunt, quaedam in
totum nefas uisere; est quo uiro non licet, nonnulla
absque feminis sacra sunt, etiam seruo quibusdam
caerimoniis interesse piaculare flagitium est; alia
sacra coronat uniuira, alia multiuira, et magna reli-
gione conquiritur quae plura possit adulteria nu-
4 merare. quid, qui sanguine suo libat et uulneribus
suis supplicat, non profanus melius esset quam
sic religiosus? aut cui testa sunt obscena demessa,

1 Hor. sat. I 8, 37; Aristoph. ran. 366; Clemens Alexandrin. Protrept. pg. 46—50 ed. Potter. — 13 Ov. fast. II 267; 283 s. — 15 ibid. IV 213; Lucret. II 618. — 17 cfr. Cic. de harusp. resp. 37. — 18 Ov. fast. VI 481; 551. — 22. Senec. de superstit. (frgm. 34) ap. Augustin. de civ. dei VI 10. — 24. Iuven. sat. VI 514.

1 Lactant. divin. inst. II 4, 2. — 17 ibid. III 20, 3. — 21 ibid. I 17, 11.

---

1 rodunt *Wowerus;* norunt P || 4, 5 facitis protegitis et timetis P; *traiecit Meursius* || 8 mallunt P || 12, 13 quam multa *addidit Heumann* || 15 vicatim *Gelenius;* vicantes P || 17 licet *Gelenius;* licet et P || 21 quam partus *post* adulteria *addidit Vahlen coll. Lact. I 17, 11* || 23 nonne prof. *idem* || 24 testa *Gelenius;* exta P.

quo modo deum violat qui hoc modo placat, cum
si eunuchos deus uellet, posset procreare, non
facere? quis non intellegat male sanos et uanae et 5
perditae mentis in ista desipere et ipsam errantium
turbam mutua sibi patrocinia praestare? hic defensio
communis furoris est furentium multitudo.

At tamen ista ipsa superstitio Romanis dedit, auxit, **25**
fundauit imperium, cum non tam uirtute quam religione
et pietate pollerent. nimirum insignis et nobilis iustitia
Romana ab ipsis inperii nascentis incunabulis auspi-
cata est. nonne in ortu suo et scelere collecti et 2
muniti immanitatis suae terrore creuerunt? nam asylo
prima plebs congregata est: confluxerant perditi, faci-
nerosi, incesti, sicarii, proditores; et ut ipse Romulus
imperator et rector populum suum facinore praecelleret,
parricidium fecit. haec prima sunt auspicia religiosae
ciuitatis. mox alienas uirgines iam desponsatas iam 3
destinatas et nonnullas de matrimonio mulierculas sine
more rapuit, uiolauit, inlusit et cum earum parentibus,
id est cum soceris suis, bellum miscuit, propinquum
sanguinem fudit. quid inreligiosius, quid audacius,
quid ipsa sceleris confidentia tutius? iam finitimos 4
agro pellere, ciuitates proximas euertere cum templis
et altaribus, captos cogere, damnis alienis et suis
sceleribus adolescere cum Romulo regibus ceteris et
postea omnibus ducibus disciplina communis est. ita 5
quicquid Romani tenent, colunt, possident, audaciae
praeda est: templa omnia de manubiis, id est de ruinis
urbium, de spoliis deorum, de caedibus sacerdotum.

7 Cic. Balb. 31. — 8 cfr. Octav. 6, 2. — 18 s. Verg. Aen. VIII 635. — 22 ibid. I 12 s. — 28 Flor. I 1 (7) 7.

20 Cyprian. idol. c. 5.

1 non violat *Perizonius* || 5 sic def. *Wopkens* || 7 ausit P || 17 virginis P || 26 postea omnibus *scripsi*; postremis P; posteris *Davisius*.

hoc insultare et inludere est, uictis religionibus seruire,
captiuas eas post uictorias adorare. nam adorare quae
manu ceperis, sacrilegium est consecrare, non numina.
6 totiens ergo Romanis inpiatum est quotiens trium-
phatum, tot de diis spolia quot de gentibus et
tropaea. igitur Romani non ideo tanti, quod religiosi,
7 sed quod inpune sacrilegi. neque enim potuerunt in
ipsis bellis deos adiutores habere, aduersus quos arma
rapuerant, sed quos prostrauerant, detriumphatos co-
lere coeperunt. quid autem isti dii pro Romanis pos-
sunt, qui nihil pro suis aduersus eorum arma ualuerunt?
Romanorum enim uernaculos deos nouimus: Romulus,
Picus, Tiberinus et Consus et Pilumnus ac Vo-
8 lumnus dii; Cloacinam Tatius et inuenit et coluit;
Pauorem Hostilius atque Pallorem; mox a nescio quo
Febris dedicata: haec alumna urbis istius superstitio,
morbi et malae ualetudines. sane et Acca Larentia
et Flora, meretrices propudiosae, inter morbos Roma-
9 norum et deos computandae. isti scilicet aduersus
ceteros, qui in gentibus colebantur, Romanorum im-
perium protulerunt; neque enim eos aduersum suos
homines uel Mars Thracius uel Iuppiter Creticus uel
Iuno nunc Argiua, nunc Samia, nunc Poena uel Diana
Taurica uel Mater Idaea uel Aegyptia illa non nu-

10 cfr. Ov. met. XIV 320 s., Verg. Aen. VII 48 s. — 14. Senec. de superstit. (frgm. 33) ap. Augustin. de civ. dei VI 10. — 15 cfr. Liv. I 27, 7. — 16 cfr. Cic. de deor. nat. III 63. — 17 cfr. Liv. I 4, 7. — 18 cfr. Ov. fast. V 195 s. — 22 cfr. Verg. Aen. XII 331 s. — 23 Cic. l. c. I 82; cfr. Verg. Aen. I 15 s. — 23 s. Ov. trist. IV 4, 63 — 24 cfr. Ov. fast. IV 179 s.

10 Cyprian. idol. c. 4. — 13 Tertull. advers. Marcion. I 18. — 15 Augustin. de civ. dei IV 23.

---

5 quod de P || 6 tropea P *m. 1* (-phea *m. 2*) || 9 rapuerunt et quos P *pr. m. corr. ex* et quod; rapuerant, sed quos *Halm* || postulaverant P; *corr. Dombart* || 13 teverinus P || 13, 14 Volumnus *Rigaltius;* polumnus P || 17 laurentia P || 23 vel Diana *Gelenius;* nunc diana P || 24 tauriga P || idea P.

mina sed portenta iuuerunt. nisi forte apud istos 10
maior castitas uirginum aut religio sanctior sacer-
dotum, cum paene in pluribus uirginibus et quae in-
consultius se uiris miscuissent, Vesta sane nesciente, sit
incestum uindicatum, in residuis inpunitatem fecerit
non castitas tutior, sed inpudicitia felicior. ubi autem 11
magis [a sacerdotibus] quam inter aras et delubra
conducuntur stupra, tractantur lenocinia, adulteria me-
ditantur? frequentius denique in aedituorum cellulis
quam in ipsis lupanaribus flagrans libido defungitur.
et tamen ante eos deo dispensante diu regna tenuerunt 12
Assyrii, Medi, Persae, Graeci etiam et Aegyptii, cum
pontifices et aruales et salios et uestales et augures
non haberent nec pullos cauea reclusos, quorum cibo
uel fastidio res publica summa regeretur.

Iam enim uenio ad illa auspicia et auguria Romana, **26**
quae summo labore collecta testatus es et paenitenter
omissa et obseruata feliciter. Clodius scilicet et Flami- 2
nius et Iunius ideo exercitus perdiderunt, quod pullorum
solistimum tripudium exspectandum non putauerunt.
quid Regulus? nonne auguria seruavit et captus est? 3
Mancinus religionem tenuit, et sub iugum missus est et
deditus. pullos edaces habuit et Paulus, apud Cannas
tamen cum maiore rei publicae parte prostratus est.
Gaius Caesar, ne ante brumam in Africam nauigia 4

1 Cic. de republ. III 14; Iuven. sat. XV 2. — 7 ibid. VI 488; IX 24. — 12 cfr. Oracul. Sibyllin. III 158 s.; IV 49 s.; VIII 6 s. — 14 Cic. de divin. II 72. — 17 cfr. Octav. c. 7, 1 s. — 18 Cic. de divin. II 71. — 20 cfr. Octav. c. 7, 4. — 24 Cic. de divin. II 52.

8 Tertull. apol. 15. — 11. ibid. 26 init. — 12 Cyprian. idol. c. 5; Lact. divin. inst. VII 15, 13. — 21 Cyprian. l. c.

---

1 sed et portenta P, *sed* et *erasum* || 3 set quae *Vahlen* || 4 Vesta sane sciente *Baehrens* || 7 a sacerdotibus *seclusit Sauppe* || interras P *m. 1* || 8 condicuntur *Ursinus* || 14 civo P *pr. m.* || 17 es *Gelenius;* est P || penitenter P || 20 sollemnisimum P, *corr. Gelenius* || 21 arguria P || 24 populi Romani *P. Daniel;* reip. P.

transmitteret, auguriis et auspiciis renitentibus spreuit:
5 eo facilius et nauigauit et uicit. quae uero et quanta
de oraculis prosequar? post mortem Amphiaraus uen-
tura respondit, qui proditum iri se ob monile ab uxore
nesciuit. Tiresias caecus futura uidebat, qui prae-
6 sentia non uidebat. de Pyrrho Ennius Apollinis Pythi
responsa confinxit, cum iam Apollo uersus facere
desisset; cuius tunc cautum illud et ambiguum defecit
oraculum, cum et politiores homines et minus creduli
esse coeperunt. et Demosthenes, quod sciret responsa
simulata, φιλιππίζειν Pythiam querebatur.
7 At nonnumquam tamen ueritatem uel auspicia uel
oracula tetigerunt. quamquam inter multa mendacia
uideri possit industriam casus imitatus, adgrediar tamen
fontem ipsum erroris et prauitatis, unde omnis caligo
ista manauit, et altius eruere et aperire manifestius.
spiritus sunt insinceri, uagi, a caelesti uigore terrenis
8 labibus et cupiditatibus degrauati. isti igitur spiritus,
posteaquam simplicitatem substantiae suae onusti et
inmersi uitiis perdiderunt, ad solacium calamitatis
suae non desinunt perditi iam perdere et deprauati
errorem prauitatis infundere et alienati a deo inductis
9 prauis religionibus ab eo segregare. eos spiritus dae-
monas esse poetae sciunt, philosophi disserunt, Socrates
nouit, qui ad nutum et arbitrium adsidentis sibi dae-

6 Cic. de divin. II 116; cfr. Ennius annal. 186 V. — 10 Cic. de divin. II 118. — 14 ibid. II 49. — 16 Cic. de fin. I 32. — 17 Verg. Aen. VI 730; 746. — 24 Cic. de divin. I 122; Hesiod. op. et d. 122 s. — 25 cfr. Cic. Rosc. Amer. 131. — 25 s. Plato apol. p. 31 D; Theag. p. 128 D; Xenoph. memorabil. I 4, 15; IV 3, 12; Apul. de deo Socr. c. 17.

6 cfr. Aurelius Victor de vir. ill. c. 35; Ammian. Marcellin. XXIII 5; Augustin. de civ. dei III 17. — 15 Lactant. divin. inst. II 13, 13. — 17 Cyprian. idol. c. 6. — 24 ibid. — 25 Sulpic. Sever. dial. III 8, 3.

1 spręvit P || 4 proditum iri se *ex* prodituis rise *corr.* P || 5 ire sias P || caecus *seclusit Davisius* || 6 phyrro P || pyti P || 7 confincxit P || 11 philippi zaeno phytiam quaerebatur P || 17 insingeri P || 18 lavibus P *m. 1* || 23 ab eo *Vonck;* a deo P.

monis uel declinabat negotia uel petebat. magi quo- 10
que non tantum sciunt daemonas, sed etiam quicquid
miraculi ludunt, per daemonas faciunt; illis adspiranti-
bus et infundentibus praestigias edunt, uel quae non
sunt uideri, uel quae sunt non uideri. eorum magorum 11
et eloquio et negotio primus Hostanes et uerum
deum merita maiestate prosequitur et angelos, id
est ministros et nuntios, dei sedem tueri eiusque
uenerationi nouit adsistere, ut et nutu ipso et uultu
domini territi contremescant. idem etiam daemonas
prodidit terrenos, uagos, humanitatis inimicos. quid? 12
Plato, qui inuenire deum negotium credidit, nonne
et angelos sine negotio narrat et daemonas? et in
Symposio suo etiam naturam daemonum exprimere
conititur? uult enim esse substantiam inter mortalem inmortalemque, id est inter corpus et spiritum mediam, terreni ponderis et caelestis leuitatis admixtione concretam [ex qua monet etiam nos procupidine amoris] et dicit informari et inlabi pectoribus humanis et sensum mouere et adfectus fingere et ardorem cupiditatis infundere.

Isti igitur impuri spiritus [daemones], ut osten- 27
sum magis ac philosophis [et a Platone], sub statuis
et imaginibus consecratis delitiscunt et adflatu suo

12 cfr. Octav. c. 19, 14; Plato Tim. p. 28 C. — 14 Plato Sympos. 202 E s. — 18 cfr. Cic. de deor. nat. II 117. — 19 Athenagor. supplic. pro Christian. c. 27. — 23 ibid.

2 s. Tertull. apol. 22 et 23. — 4 Arnob. adv. nation. I 43. — 6 Cyprian. idol. c. 6. — 13 Tert. apol. 22; Lactant. divin. inst. II 14, 9. — 19 ibid. II 14, 14. — 21 Cyprian. idol. c. 7; Tertull. apol. 21.

---

5 magnorum P *ante rasuram* || 6 sosthenes P || 8 sedem tueri *Hartel;* sed et ueri (et *erasum*) P || 12 invenire *m. 1 ex.* — iri *corr.* P || 14 suo etiam *Baehrens;* etiam suo P || 17 laevitatis P || 18, 19 ex qua — amoris *Dombarto et Sauppio praeeuntibus seclusi* || 19 inlabi *Gelenius;* labi P || 22 daemones *seclusit Ursinus* || 23 ac *Dombart;* a P || et a Platone *seclusit Usener* || 24 consecrati P, *corr. Balduinus.*

auctoritatem quasi praesentis numinis consequuntur,
dum inspirant interim vates, dum fanis inmorantur,
dum nonnumquam extorum fibras animant, auium
uolatus gubernant, sortes regunt, oracula efficiunt
2 falsis pluribus involuta. nam et falluntur et fal-
lunt, ut et nescientes sinceram ueritatem et, quam
sciunt, in perditionem sui non confitentes. sic a
caelo deorsum grauant et a deo uero ad materias
auocant, uitam turbant, somnos inquietant, inrepentes
etiam corporibus occulte ut spiritus tenues morbos
fingunt, terrent mentes, membra distorquent, ut ad
cultum sui cogant, ut nidore altarium uel hostiis
pecudum saginati, remissis quae constrinxerant, curasse
3 uideantur. inspirant et furentes quos in publicum uidetis
excurrere, et vates ipsi absque templo sic insaniunt,
sic bacchantur, sic rotantur: par et in illis instigatio
4 daemonis, sed argumentum dispar furoris. de ipsis
etiam illa, quae paulo ante tibi dicta sunt, ut Iuppiter
ludos repeteret ex somnio, ut cum equis Castores
uiderentur, ut cingulum matronae nauicula sequeretur.
5 haec omnia sciunt pleraque pars uestrum ipsos dae-
monas de semet ipsis confiteri, quotiens a nobis tor-
mentis uerborum et orationis incendiis de corporibus
6 exiguntur. ipse Saturnus et Serapis et Iuppiter et quic-
quid daemonum colitis uicti dolore quod sunt elo-
quuntur; nec utique in turpitudinem sui, nonnullis prae-

4 Tibull. II 5, 13. — 16 Stat. silv. IV 3, 120—122. — 20 Ov. fast. IV 305 s., Liv. XXIX 14; cfr. Octav. c. 7, 3.

19 Tertull. apol. 22. — 20 Augustin. de civ. dei X 16.

---

2 inspirant i. vates *Dombart;* inspirantur i. vatibus P; inseruntur i. vatibus *Baehrens* || 5 falsis pluribus vera involvunt *Usener* || 6 ut *in* P *s. l. sed manu 1* || 9 somnos *Ursinus*; omnes P || 10 occultae P || 12 alterium vel hostis P *pr. m.* || 13 remissis *in*-sius P *corr. m. 2* || 14 inspirant *scripsi;* hi sunt P || 15 et vates *scripsi;* vates et P || 16 vacchantur P *m. 1* || 21 plerique pars P; plerique *cod. Brux.;* pleraque pars *Davisius* || 21, 22 ipso daemonas de semet ipsos P *pr. m. sed corr. m. 2.*

sertim uestrum adsistentibus, mentiuntur. ipsis testibus, 7
esse eos daemonas, credite fassis; adiurati enim per deum
uerum et solum inuiti miseri corporibus inhorrescunt
et uel exiliunt statim uel euanescunt gradatim, prout
fides patientis adiuuat aut gratia curantis adspirat.
sic Christianos de proximo fugitant, quos longe a
coetibus per uos lacessant. ideo inserti mentibus im- 8
peritorum odium nostri serunt occulte per timorem; na-
turale est enim et odisse quem timeas et quem metueris
infestare, si possis. sic occupant animos et obstruunt
pectora, ut ante nos incipiant homines odisse quam nosse,
ne cognitos aut imitari possint aut damnare non possint.

Quam autem inicum sit, incognitis et inexplo- 28
ratis iudicare, quod facitis, nobis ipsis paenitentibus
credite. et nos enim idem fuimus et eadem uobiscum 2
quondam adhuc caeci et hebetes sentiebamus, quasi
Christiani monstra colerent, infantes uorarent, con-
uinia incesta miscerent; nec intellegebamus, ab his
fabulas istas semper uentilari et numquam uel in-
uestigari uel probari, nec tanto tempore aliquem
existere, qui proderet, non tantum facti ueniam, uerum
etiam indicii gratiam consecuturum; malum autem
adeo non esse, ut Christianus reus nec erubesceret
nec timeret et unum solummodo, quod non ante
fuerit, paeniteret. nos tamen cum sacrilegos aliquos 3

8 Cic. de off. II 23; Tac. Agricol. c. 42.— 21 Athenagor. suppl. pro Christian. c. 35.

2 Cyprian. idol. c. 7; Tertull. apol. 32 fin; Lactant. divin. inst. II 15, 3 et IV 27, 1. — 7 ibid. IV 27, 8; V 1, 2—6. — 11 Cyprian. idol. c. 7. — 21 Tertull. apol. 7. — 24 Cyprian. epist. 59, 13; de lapsis c. 28. — 25 Tertull. apol. 1; ad nation. I 1.

---

2 fassis *anonymus;* fessis P *m. 1 cui eraso* de se verum confitentibus *suprascr. m. 2* || 6, 7 a coetibus p. v lacessant *Vahlen coll. Lact. IV 27, 1;* in coetibus p. v. lacessebant P || 9 timens P *littera* n *punctata;* timeas *cod. Brux.* || 10 infestares si P *m. 1.* || 13 de incogn. *Carrio* || 14 penitentibus P || 16 haebet sēe es (sēe *expunctum*) P || 19 aniles fabulas *Usener* || 24 solumodo P || 25 peneteret P.

et incestos, parricidas etiam defendendos et tuendos
suscipiebamus, hos nec audiendos in totum puta-
bamus, nonnumquam etiam miserantes eorum cru-
delius saeuiebamus, ut torqueremus confitentes ad
negandum, uidelicet ne perirent, exercentes in his
peruersam quaestionem, non quae uerum erueret, sed
4 quae mendacium cogeret. et si qui infirmior malo
pressus et uictus Christianum se negasset, fauebamus
ei, quasi eierato nomine iam omnia facta sua illa
5 negatione purgaret. adgnoscitisne eadem nos sensisse
et egisse, quae sentitis et geritis? cum si ratio,
non instigatio daemonis iudicaret, *essent* urguendi
magis, non ut diffiterentur se Christianos, sed ut de
incestis stupris, de inpiatis sacris, de infantibus im-
6 molatis faterentur. his enim et huiusmodi fabulis
idem daemones ad execrationis horrorem imperitorum
aures aduersus nos referserunt. nec tamen mirum,
quoniam fama, quae semper insparsis mendaciis
7 alitur, ostensa ueritate consumitur. sic est negotium
daemonum; ab ipsis enim rumor falsus et seritur et
fouetur. inde est quod audire te dicis, caput asini rem
nobis esse diuinam. quis tam stultus, ut hoc colat?
quis stultior, ut hoc coli credat? nisi quod uos et
totos asinos in stabulis cum vestra vel *(sua)* Epona con-
secratis et eosdem asinos cum Iside religiose devo-
ratis; item boum capita et capita ueruecum et immo-
latis et colitis, de capro etiam et homine mixtos deos
8 et leonum et canum uultu deos dedicatis. nonne et

2 Iustin. apol. I 4. — 7 Athenagor. supplic. pro Christian. cap. 3. — 21 cfr. Octav. c. 9, 3. — 24 Ov. fast. VI 311.

24 Tertull. apol. 16.

---

5 perient P || 8 praessus P || 12 essent *addidit Cellarius* || 17 referserant *Vahlen* || 18 quoniam *idem;* cum omnium P; cum omnino *Maehly* || 24 vestra vel sua *Rigaltius*; vestra vel Epona P; Vesta vel Epona *Baehrens* || 25, 26 decoratis Rigaltius || 26 verbecum P *m. 1* || 28 vultu *Gelenius;* vultus P.

Apin bouem cum Aegyptiis adoratis et pascitis? nec
eorum sacra damnatis instituta serpentibus, crocodillis,
beluis ceteris et auibus et piscibus, quorum aliquem
deum si quis occiderit, etiam capite punitur. idem 9
Aegyptii cum plerisque uobis non magis Isidem quam
ceparum acrimonias metuunt, nec Serapidem magis
quam strepitus per pudenda corporis expressos con-
tremescunt. etiam ille, qui de adoratis sacerdotis uiri- 10
libus aduersum nos fabulatur, temptat in nos conferre
quae sua sunt. istae enim inpudicitiae eorum forsitan
sacra sint, apud quos sexus omnis membris omnibus
prostat, apud quos tota inpudicitia uocatur urbanitas,
qui scortorum licentiae inuident, qui medios uiros
lambunt, libidinoso ore inguinibus inhaerescunt, ho-
mines malae linguae etiam si tacerent, quos prius
taedescit inpudicitiae suae quam pudescit. pro nefas! 11
id in se mali facinoris admittunt, quod nec aetas
potest pati mollior nec cogi seruitus durior.

Haec et huiusmodi propudia nobis non licet nec 29
audire, etiam pluribus turpe defendere est; ea enim de
castis fingitis et pudicis, quae fieri non crederemus, nisi
de uobis probaretis. nam quod religioni nostrae ho- 2
minem noxium et crucem eius adscribitis, longe de
uicinia ueritatis erratis, qui putatis deum credi aut
meruisse noxium aut potuisse terrenum. ne ille misera- 3
bilis, cuius in homine mortali spes omnis innititur;
totum enim eius auxilium cum extincto homine finitur.

1 Cic. de deor. nat. I 82. — 4. Herodot. II 65. — 6 Iuven. sat. XV 9. Origin. contra Cels. V 35. — 7 Theophil. ad Autolyc. I 10. Clem. Roman. Homil. X 16. — 8 cfr. Octav. c. 9, 4. — 12 s. Martial. epigr. II 61, 1; III 81, 2. — 23 cfr. Octav. c. 9, 4.

4 Tertull. apol. 24. — 12 s. cfr. Auson. epigr. 66, 1 (120 Toll.). — 14 Tertull. apol. 9.

---

1 apen P *corr. Halm* || 5 vobis *Ursinus;* vobiscum P; vostrum *Bursian* || 10 istae *Koch;* ista P || inpuditiae P *add. s. l.* ci *m. 1* || 15 tacent *v. d. Vliet* || 16 tedescit P || 25 nec ille P.

4 Aegyptii sane hominem sibi quem colant eligunt; illum unum propitiant, illum de omnibus consulunt, illi uictimas caedunt. at ille, qui ceteris deus, sibi certe homo est, uelit nolit; nec enim conscientiam suam 5 decipit, si fallit alienam. etiam principibus et regibus, non ut magnis et electis uiris, sicut fas est, sed ut deis turpiter adulatio falsa blanditur, cum et praeclaro uiro honor uerius et optimo amor dulcius praebeatur: sic eorum numen vocant, ad imagines supplicant, genium, id est daemonem eorum, implorant; et est eis 6 tutius per Iouis genium peierare quam regis. cruces etiam nec colimus nec optamus. uos sane, qui ligneos deos consecratis, cruces ligneas ut deorum uestrorum 7 partes forsitan adoratis. nam et signa ipsa et cantabra et uexilla castrorum quid aliud quam inauratae cruces sunt et ornatae? tropaea uestra uictricia non tantum simplicis crucis faciem, uerum et adfixi hominis imi- 8 tantur. signum sane crucis naturaliter uisimus in naui, cum uelis tumentibus uehitur, cum expansis palmulis labitur; et cum erigitur iugum, crucis signum est, et cum homo porrectis manibus deum pura mente 9 ueneratur. ita signo crucis aut ratio naturalis innititur aut uestra religio formatur.

30 Illum iam uelim conuenire, qui initiari nos dicit aut credit de caede infantis et sanguine. putas posse fieri, ut tam molle, tam paruulum corpus fata uulnerum capiat? ut quisquam illum rudem sanguinem nouelli et vixdum hominis caedat, fundat, exhauriat? nemo hoc potest cre-

12 cfr. Octav. c. 9, 4. — 16 Iustin. apol. I 55. — 19 ibid. — 20 cfr. Verg. Aen. VIII 91 — 21 Iustin. apol I 55. — 24 cfr. Octav. c. 9, 5. — 25 Tatian. or. ad Graec. c. 25. — 27 Verg. Aen. XI 82.

11 Tertull. apol. 28 fin. — 16 ibid. 16.

---

3 at *Vahlen;* et P || 4 consentiam P || 6, 7 ut de eis P || 9 invocant *Gelenius* || 10 eorum *Vahlen;* eius P || 12 sane *Maehly;* plane P || 16 tropea P || 28 exauriat P.

dere nisi qui possit audere. uos enim uideo procreatos 2
filios nunc feris et auibus exponere, nunc adstrangu-
latos misero mortis genere elidere; sunt quae in ipsis
uisceribus medicaminibus epotis originem futuri homi-
nis extinguant et parricidium faciant, antequam pariant.
et haec utique de deorum uestrorum disciplina descen- 3
dunt. nam Saturnus filios suos non exposuit, sed
uorauit; merito ei in nonnullis Africae partibus a
parentibus infantes immolabantur, blanditiis et osculo
comprimente uagitum, ne flebilis hostia immolaretur.
Tauris etiam Ponticis et Aegyptio Busiridi ritus fuit 4
hospites immolare, et Mercurio Gallis humanas uel
inhumanas uictimas caedere, Romanis Graecum et Grae-
cam, Gallum et Gallam in sacrificiis uiuentes obruere;
hodieque ab ipsis Latiaris Iuppiter homicidio colitur
et, quod Saturni filio dignum est, mali et noxii ho-
minis sanguine saginatur. ipsum credo docuisse sangui- 5
nis foedere coniurare Catilinam et Bellonam sacrum
suum haustu humani cruoris imbuere et comitialem
morbum hominis sanguine, id est morbo grauiore,
sanare. non dissimiles et qui de harena feras deuorant 6
inlitas et infectas cruore uel membris hominis et

4 Athenagor. supplic. pro Christian. c. 35. — 5 Senec. ad Helv. matr. de consol. 16, 3. — 7 Cic. de deor. nat. II 64; Tatian. or. ad Graec. c. 25 extr. — 9 Origin. contra Cels. V 27 (cfr. Diodor. XIII 86, 3; XX 14, 4). — 11 Ov. trist. IV 4, 63; art. am. I 647 s., Cic. de rep. III 15; Iuven. XV 116 s., Athenagor. l. c. c. 26; Origin. contra Cels. V 27; cfr. Herodot. IV 103; Strabo p. 308. — 12 Caes. b. g. VI 16, 1 — 14 Liv. XXII 57, 6. — 15 Tatian. or. ad Graec. c 29. — 18 Sallust. Cat. 22, 1.

2 Lactant. divin. inst. VI 20, 21; Tertull. apol. 9. — 7 Augustin. de civ. dei VII 19. — 9 Lactant. l. c. I 21, 9. — 11 ibid. I 21, 2. — 15 ibid. I 21, 3; cfr. Porphyr. de abstinent. II 56. — 21 Tertull. apol. 9.

---

1 audire P *corr. Gelenius* || 4 et potis P || 8 ei *Gelenius;* et P || 10 immolaetur P, *corr. Ursinus* || 12 Gallis *Wopkens;* gallos P || 13 cedere P || romani P, *corr. Vonck* || 14 in sacrificiis *Vonck et Wopkens;* sacrificii P || 18 vellonam P || 19 austu P || 22 infectas *ed. pr.* infactus P.

uiscere saginatas. nobis homicidium nec uidere fas nec audire, tantumque ab humano sanguine cauemus, ut nec edulium pecorum in cibis sanguinem nouerimus.

31 Et de incesto conuiuio fabulam grandem aduersum nos daemonum coitio mentita est, ut gloriam pudicitiae deformis infamiae aspersione macularet, ut ante exploratam ueritatem homines a nobis terrore in-
2 fandae opinionis auerteret. sic de isto et tuus Fronto non ut adfirmator testimonium fecit, sed conuicium ut orator adspersit; haec enim potius de uestris gentibus
3 nata sunt. ius est apud Persas misceri cum matribus, Aegyptiis et Atheniensibus cum sororibus legitima conubia; memoriae et tragoediae uestrae incestis gloriantur, quas uos libenter et legitis et auditis. sic et deos colitis incestos, cum matre, cum filia, cum sorore
4 coniunctos. merito igitur incestum penes uos saepe deprehenditur, semper admittitur. etiam nescientes, miseri, potestis in inlicita proruere: dum Venerem promisce spargitis, dum passim liberos seritis, dum etiam domi natos alienae misericordiae frequenter exponitis, necesse est in uestros recurrere, in filios inerrare. sic incesti fabulam nectitis, etiam cum conscien-

1 s. Athenagor. suppl. pro Christian. c. 35. — 3 cfr. Clem. Alex. Paedagog. p. 267 s. ed. Potter; Origin. contra Cels. VIII 30; cfr. Act. apostol. 15, 29. — 5 cfr. Octav. c. 9, 6. — 12 cfr. Herodot. III 31; 88; Origin. contra Cels. V 27; VI 80; Clem. Roman. recogn. IX 20. — 13 cfr. Nepos. praefat. 4; Cimon 1, 2; Tatian. or. ad Graec. c. 28; Clem. Alexandrin. Stromat. p. 515 ed. Potter. — 21 Athenagor. l. c. c. 35. — 22 Iustin. apol. I 27; Clemens Alex. Paedagog. p. 265 ed. Potter.

3 Euseb. hist. eccles. V 1, 26. — 21 Tertull. apol. 9; ad nation. I 16; cfr. Lactant. divin. inst. VI 20, 21. — 22 Tertull. apol. 9.

---

1 videret (t *erasa*) P || 6 demonum cotio (contio *m. 2*) P *corr. Ursinus* || 7 aspersione *Wowerus;* aversione P || 9, 10 fronto *ex* fronte, adfirmator *ex* adfirmor *m. 1 corr.* P || 10 convitium P || 13 Atheniensibus *Wowerus;* Athenis P || 14 conubia P *corr. ex* conbuia || 19, 20 promisces P (s *erasa*).

tiam non habetis. at nos pudorem non facie, sed 5
mente praestamus; unius matrimonii uinculo libenter
inhaeremus, cupiditate procreandi aut unam scimus
aut nullam. conuiuia non tantum pudica colimus sed
et sobria; nec enim indulgemus epulis aut conuiuium
mero ducimus, sed grauitate hilaritatem temperamus;
casto sermone, corpore castiore plerique inuiolati
corporis uirginitate perpetua fruuntur potius quam
gloriantur; tantum denique abest incesti cupido, ut
nonnullis rubori sit etiam pudica coniunctio. nec de 6
ultima statim plebe consistimus, si honores uestros et
purpuras recusamus, nec factiosi sumus, si omnes
unum bonum sapimus eadem congregati quiete qua
singuli, nec in angulis garruli, si audire nos publice
aut erubescitis aut timetis. et quod in dies nostri 7
numerus augetur, non est crimen erroris, sed testi-
monium laudis; nam in pulcro genere uiuendi et
praestanti et perseuerat suus et adcrescit alienus. sic 8
nos denique non notaculo corporis, ut putatis, sed
innocentiae ac modestiae signo facile dinoscimus; sic
nos mutuo, quod doletis, amore diligimus, quoniam
odisse non nouimus; sic nos, quod inuidetis, fratres
uocamus ut unius dei parentis homines, ut consortes
fidei, ut spei coheredes. uos enim nec inuicem ad-
gnoscitis et in mutua odia saeuitis, nec fratres uos
nisi sane ad parricidium recognoscitis.

3 Athenagor. supplic. pro Christian. c. 33. — 6 Cic. Cat. mai. 10. — 8 Iustin. apol. I 15; Athenagor. l. c. c. 33. — 11 cfr. Octav. c. 8, 4. — 13 ad Roman. 12, 16; ad Philipp. 2, 2. — 16 cfr. Octav. c. 9, 1. — 23 s. ep. Petr. I 12, 16; ad Tit. 3, 7; ad Ephes. 3, 6; ad Roman. 8, 17.

3 Tertull. monog. 8.

---

5 aepulis P || 12 factiosi *Heraldus;* fastidiosi P || 18 praestanti *Baehrens;* praestat P || 21 nos *addidit Halm* || 24, 25 agnoscitis P *m. 2.*

32 Putatis autem nos occultare quod colimus, si delubra
et aras non habemus? quod enim simulacrum deo fin-
gam, cum, si recte existimes, sit dei homo ipse simu-
lacrum? templum quod ei extruam, cum totus hic mun-
2 dus eius opere fabricatus eum capere non possit? et cum
homo latius maneam, intra unam aediculam uim tantae
maiestatis includam? nonne melius in nostra dedican-
dus est mente, in nostro immo consecrandus est pec-
tore? hostias et uictimas deo offeram, quas in usum
mei protulit, ut reiciam ei suum munus? ingratum
est, cum sit litabilis hostia bonus animus et pura
3 mens et sincera conscientia. igitur qui innocentiam
colit, deo supplicat, qui iustitiam, deo libat, qui frau-
dibus abstinet, propitiat deum, qui hominem periculo
4 subripit, *deo* optimam uictimam caedit. haec nostra
sacrificia, haec dei sacra sunt: sic apud nos religiosior
est ille qui iustior. at enim quem colimus deum nec
ostendimus nec uidemus. immo ex hoc deum credimus,
quod eum sentire possumus, uidere non possumus.
in operibus enim eius et in mundi omnibus motibus
uirtutem eius semper praesentem aspicimus, cum tonat,
5 fulgurat, fulminat, cum serenat. nec mireris, si deum
non uides: uento et flatibus omnia impelluntur, uibran-

1 cfr. Octav. c. 10, 2.— 3 ad Corinth. II 6, 16. — 4 Iesai. 66, 1; Act. apostol. 7, 48; 17, 24. — 6 Reg. I 8, 27. — 7 Senec. (frgm. 123) ap. Lactant. divin. inst. VI 25, 3; (Senec. ep. 95, 47). — 8 ad Corinth. I 3, 16; II 6, 16. — 9 Genes. 9, 3; ad Timoth. I 4, 3; Iustin. apol. I, 10 init., 13. Athenagor. supplic. pro Christian. c. 13. — 11 Samuel. I 15, 22; Psalm. 4, 6. — 12 ad Timoth. I 1, 5.— 13 Senec. ep. 95, 47; Psalm. 51, 19.— 17 s. cfr. Octav. c. 10, 5.— 19 ad Timoth. I 6, 16. — 20 s. Xenoph. memorabil. IV 3, 13; 14; ad Roman. 1, 20.

1 Arnob. adv. nation. VI 3 init. — 4 s. Cyprian. idol. c. 9. — 7 Lactant. de ira dei c. 24. — 9 Tertull. ad Scapul. 2.— 11 Tertull. apol. 24. — 19 Lactant. divin. inst. VII 9, 2.

---

5 opera *Baehrens* || 9 et victimas dō (*i. e.* deo) *s. l. m. 1* P || 11 litalis *Heinsius* || 12 conscientia *Ursinus;* sententia P || 15 deo *addidit Vahlen* || opimam *Gelenius* || 22 mereris P *em. in ed. pr.*

tur, agitantur et sub oculis tamen non uenit uentus
et flatus. in solem adeo, qui uidendi omnibus causa
est, uidere non possumus; radiis acies submouetur,
obtutus intuentis hebetatur et, si diutius inspicias,
omnis uisus extinguitur. quid? ipsum solis artificem, 6
illum luminis fontem, possis sustinere, cum te ab eius
fulgoribus auertas, a fulminibus abscondas? deum
oculis carnalibus uis uidere, cum ipsam animam tuam,
qua uiuificaris et loqueris, nec aspicere possis nec
tenere? sed enim deus actum hominis ignorat et in 7
caelo constitutus non potest aut omnes obire aut sin-
gulos nosse. erras, o homo, et falleris. unde enim
deus longe est, cum omnia caelestia terrenaque et
quae extra istam orbis prouinciam sunt deo cognita
plena sint? ubique non tantum nobis proximus, sed
infusus est. in solem adeo rursus intende: caelo ad- 8
fixus, sed terris omnibus sparsus est; pariter praesens
ubique interest et miscetur omnibus, nusquam eius
claritudo uiolatur. quanto magis deus auctor omnium 9
ac speculator omnium, a quo nullum potest esse secre-
tum, tenebris interest, interest cogitationibus nostris
quasi alteris tenebris! non tantum sub illo agimus,
sed et cum illo, ut prope dixerim, uiuimus.

Nec nobis de nostra frequentia blandimur: multi 33
nobis uidemur, sed deo admodum pauci sumus. nos
gentes nationesque distinguimus: deo una domus est

2 Theophil. ad Autolyc. I 5. — 10 cfr. Octav. c. 10, 5. — 15 Verg. ecl. 3, 60. — 16 Sen. ep. 41, 1; de consol. ad Helv. c. 8, 3; Origin. contra Cels. VI 71. — 21 Senec. ep. 83, 1. — 22 ad Corinth. I 4, 5. — 23 Act. apostol. 17, 28; Senec. ep. 41, 1. — 24 cfr. Octav. c. 10, 4. — 26 Cic. de leg. II 26; de rep. III 14.

15 cfr. Augustin. de civ. dei VII 9. — 16 Cyprian. idol. c. 9. — 26 Lactant. divin. inst. IV 29, 8.

---

2 in sole P, *corr. Cellarius* || 14 cognita *del. Ursinus;* conditore *Baehrens* || 16 in sole P, *corr. Gelenius* || celo P || 18 eĩ P, eius *Halm* || 24 blandiamur P, *corr. Baehrens.*

mundus hic totus. reges tamen regni sui per officia
ministrorum uniuersa nouerunt: deo indiciis opus non
est, non solum in oculis eius, sed in sinu uiuimus.
2 sed Iudaeis nihil profuit, quod unum et ipsi deum
aris atque templis maxima superstitione coluerunt.
ignorantia laberis, si priorum aut oblitus aut inscius
3 posteriorum recordaris. nam et ipsi deum nostrum
— idem enim omnium deus est — quamdiu [enim
eum] caste, innoxie religioseque coluerunt, quam-
diu praeceptis salubribus obtemperauerunt, de paucis
innumeri facti, de egentibus diuites, de seruienti-
bus reges; modici multos, inermi armatos, dum
fugiunt insequentes, dei iussu et elementis adnitenti-
4 bus obruerunt. scripta eorum relege uel, ut transea-
mus ueteres, Flaui Iosephi uel, si Romanis magis
gaudes, Antoni Iuliani de Iudaeis require: iam scies,
nequitia sua hanc eos meruisse fortunam, nec quid-
quam accidisse quod non sit iis, si in contumacia per-
5 seuerarent, ante praedictum. ita prius eos deseruisse
conprehendes quam esse desertos nec, ut impie lo-
queris, cum deo suo captos, sed a deo ut disciplinae
transfugas deditos.

34 Ceterum de incendio mundi inprouisum ignem
cadere aut difficile aut non credere uulgaris erroris est.
2 quis enim sapientium dubitat, quis ignorat, omnia
quae orta sunt occidere, quae facta sunt interire,
caelum quoque cum omnibus quae caelo continentur,

2 Senec. ep. 95, 47. — 23 ep. Petr. II 3, 7—10; cfr. Octav. c. 11, 1.
9 Cyprian. idol. c. 10.

1 tam̃ P || 3 non in solum oculis eĩ, sed in in (in *erasum*) sinu P || 4 iudeis P || 8, 9 enim eum (eũ) *seclusi* || 14—16 relege vel si romanis magis gaudes (*ex* — dis) ut transeamus veteres flavi iosepi (*ex* iosaepi) vel antonini (*in* — ii *corr.*) iuliani P, *praeeunte Lindnero traiecit Baehrens* || 17, 18 quicquam P *corr.* || 18 iis *Heumann;* his P || 20 conpraehendes P || 23, 24 aut inprovisum ignem cadere aut difficile non credere P; *corr. Roeren.*

ita ut coepisse, desinere? * * * fontium dulcis aqua maria
nutrire, in uim ignis abiturum, Stoicis constans
opinio est, quod consumto umore mundus hic omnis
ignescat. et Epicureis de elementorum conflagratione 3
et mundi ruina eadem ipsa sententia est. similiter 4
Plato partes orbis nunc inundari dicit, nunc alternis
uicibus ardescere, et cum ipsum mundum perpetuum
et insolubilem diceret esse fabricatum, addit tamen,
ipsi artifici deo soli et solubilem esse et mortalem.
ita nihil mirum est, si ista moles ab eo, quo 5
exstructa est, destruatur. animaduertis philosophos
eadem disputare quae dicimus, non quod nos simus
eorum uestigia subsecuti, sed quod illi de diuinis
praedictionibus profetarum umbram interpolatae ueritatis imitati sint. sic etiam condicionem renascendi 6
sapientium clariores, Pythagoras primus et praecipuus Plato, corrupta et dimidiata fide tradiderunt;
nam corporibus dissolutis solas animas uolunt et
perpetuo manere et in alia noua corpora saepius
commeare. addunt istis et illa ad retorquendam ueri- 7
tatem, in pecudes, aues, beluas hominum animas redire.
non philosophi sane studio, sed mimi conuicio digna
ista sententia est. sed ad propositum satis est, etiam 8
in hoc sapientes uestros in aliquem modum nobiscum
consonare. ceterum quis tam stultus aut brutus est, 9
ut audeat repugnare, hominem a deo, ut primum po-

2 Iustin. apol. I 20; Athenagor. supplic. pro Christian. c. 19. 2 Cic. de deor. nat. II 118; cfr. II 40; 83; III 37; Senec. quaest. nat. VI 16, 2; cfr. Aristot. meteorolog. p. 354b, 34; Diogen. Laert. VII 145. — 4 Lucret. V 407 s., Ov. met. I 256 s. — 5 s. Plato Tim. p. 22 C et D. — 7 Cic. de deor. nat. I 20. — 7 s. Plato Tim. p. 41 A. — 9 cfr. Cic. de deor. nat. II 58. — 14 ep. Petr. II 1, 21. — 19 Plato Phaed. p. 81 E; 82 A.

1 *lacunae signa posuit Vahlen* || 5 similiter Plato *scripsi;* loquitur Plato P || 6 inundare P *corr. Wopkens* || 9 esse et *Wowerus;* et esse P || 11 filosofos P || 14 praedicationibus P, *corr. Gelenius* || 16 pytagoras P || 21 abes veluas P *m. 1* || 22 mimico vitio P, *corr. Ursinus.*

tuisse fingi, ita posse denuo reformari; [nihil esse
post obitum, et ante ortum nihil fuisse;] sicut de
nihilo nasci licuit, ita de nihilo licere reparari; porro
difficilius esse, id quod non sit incipere quam id quod
10 fuerit iterare? tu perire et deo credis, si quid oculis
nostris hebetibus subtrahitur? corpus omne siue arescit
in puluerem siue in umorem soluitur uel in cinerem
comprimitur uel in nidorem tenuatur, subducitur nobis,
sed deo elementorum custodi reseruatur. nec, ut cre-
ditis, ullum damnum sepulturae timemus, sed ueterem
et meliorem consuetudinem humandi frequentamus.
11 uide adeo, quam in solacium nostri resurrectionem
futuram omnis natura meditetur. sol demergit et
nascitur, astra labuntur et redeunt, flores occidunt et
reuiuescunt, post senium arbusta frondescunt, semina
nonnisi corrupta reuirescunt; ita corpus in sepulcro,
ut arbores in hiberno: occultant uirorem ariditate
12 mentita. quid festinas, ut cruda adhuc hieme reui-
uescat et redeat? expectandum nobis etiam corporis
uer est. nec ignoro plerosque conscientia meritorum
nihil se esse post mortem magis optare quam credere;
malunt enim extingui penitus quam ad supplicia re-
parari. quorum error augetur et in saeculo libertate
remissa et dei patientia maxima, cuius quanto iudi-
cium tardum, tanto magis iustum est.

1 Athenagor. de resurrect. c. 3; cfr. Octav. c. 11, 2. — 4 cfr. Irenaeus contra haeret. V 3, 2. — 6 s. Athenagor. de resurrect. c. 8; Tatian. or. ad Graec. c. 6; cfr. Octav. c. 11, 3 s. — 10 cfr. Octav. c. 11, 4. — 12 Theophil. ad Autolyc. I 13; II 14. — 15 s. ad Corinth. I 15, 36; 42; Ev. Joann. 12, 24; Theophil. ad Autolyc. I 13; cfr. Irenaeus adv. haeret. V 2, 3. — 18 cfr. Octav. c. 11, 8. — 22 cfr. Octav. c. 11, 5. — 24 ep. Petr. II 3, 9.

12 Tertull. apol. 48; de resurrect. carn. 12.

1, 2 nihil esse — nihil fuisse *seclusit Heumann* || 4 esse *Dombart;* est P || 7 humorem P *corr.* || 8 nidore P || 9 custodia P *corr. Wowerus* || 14 renascitur *Halm c. cr.* || redunt P *m. 1* || 16 sepulcro *Heumann;* saeculo P || 22 suplicia P.

Et tamen admonentur homines doctissimorum 35
libris et carminibus poetarum illius ignei fluminis et de
Stygia palude saepius ambientis ardoris, quae cru-
ciatibus aeternis praeparata et daemonum indiciis et
de oraculis profetarum cognita tradiderunt. et ideo 2
apud eos etiam ipse rex Iuppiter per torrentes
ripas et atram uoraginem iurat religiose; destinatam
enim sibi cum suis cultoribus poenam praescius
perhorrescit. nec tormentis aut modus ullus aut 3
terminus. illic sapiens ignis membra urit et reficit,
carpit et nutrit. sicut ignes fulminum corpora
tangunt nec absumunt, sicut ignes Aetnae [montis]
et Vesuvi [montis] et ardentium ubique terrarum
flagrant nec erogantur, ita poenale illud incendium
non damnis ardentium pascitur, sed inexesa cor-
porum laceratione nutritur. eos autem merito tor- 4
queri, qui deum nesciunt, ut impios, ut iniustos,
nisi profanus nemo deliberat, cum parentem om-
nium et omnium dominum non minoris sceleris sit
ignorare quam laedere. et quamquam inperitia dei 5
sufficiat ad poenam, ita ut notitia prosit ad ueniam,
tamen si uobiscum Christiani comparemur, quamuis
in nonnullis disciplina nostra minor est, multo tamen
uobis meliores deprehendemur. uos enim adulteria 6

2 Verg. Aen. VI 323 (439). — 3 Plato Phaed. p. 112 D; 113 B et C. — 6 cfr. Hom. Il. XIV 271; Od. V 185; Verg. Aen. VI 323; IX 105. — 9 Origin. περὶ εὐχῆς 29, 15; Clem. Alex. Paedagog. p. 280; Stromat. p. 851; ecl. prophet. p. 995 ed. Potter. — 10 Lucret. VI 660. — 16 ad Thessalon. II 1, 8.

24 s. Tertull. apol. 46.

---

2 liris P || 3—5 *verba* quae cruciatibus—cognita tradiderunt *lectoris christiani emblema seclusit Baehrens* || 4 iudiciis P || 7 destinata P || 12, 13 Aetnae [montis] et Vesuvi [montis] *Wowerus;* hennei m. et lesui m. P; ignes Aetnaei [montis] et Vesuvini [montis] *Baehrens* || 15 inexaesa P || 19 minoris * * sceleris P || 20 ledere P || 23 inor P *sed addita* m. *s. l., an m. 1 incertum.*

prohibetis et facitis, nos uxoribus nostris solummodo uiri nascimur; uos scelera admissa punitis, apud nos et cogitare peccare est; uos conscios timetis, nos etiam conscientiam solam, sine qua esse non possumus; denique de uestro numero carcer exaestuat, Christianus ibi nullus nisi aut reus suae religionis aut profugus.

36 Nec de fato quisquam aut solacium captet aut
excuset euentum; sit sors fortunae, mens tamen
libera est, et ideo actus hominis, non dignitas
2 iudicatur. quid enim aliud est fatum quam quod de
unoquoque nostrum deus fatus est? qui cum possit
praescire materiam, pro meritis et qualitatibus singulorum
etiam fata determinat. ita in nobis non genitura
plectitur, sed ingenii natura punitur. ac de fato
satis, vel si pauca pro tempore, disputaturi alias et
3 uberius et plenius. ceterum quod plerique pauperes
dicimur, non est infamia nostra, sed gloria; animus
4 enim ut luxu soluitur, ita frugalitate firmatur. et
tamen qui potest pauper esse qui non eget, qui non
inhiat alieno, qui deo diues est? magis pauper ille
est, qui cum multa habeat, plura desiderat. dicam
5 tamen quemadmodum sentio: nemo tam pauper potest
esse quam natus est. aues sine patrimonio uiuunt et
in diem [pascua] pascuntur. et haec nobis tamen nata

3 Iuven. sat. XIII 209; Senec. (frg. 14) ap. Lactant. divin. inst. VI 24, 17. — 8 cfr. Octav. c. 11, 5. — 15 Cic. de divin. II 19 extr. 17 cfr. Octav. c. 12, 2. — 18 Senec. provident. c. 3, 1. — 21 Ev. Luc. 12, 21. — 21 s. Senec. ep. 2, 6. — 23 cfr. Cic. de or. II 298. — 24 Ev. Matth. 6, 26. — 24 s. Senec. provident. 6, 6; de remed. fortuit. 10, 1.

5 Tertull. apol. 16. — 12 Augustin. de civ. dei V 9. — 22 cfr. Claudian. in Rufin. I 200.

1, 2 solumodo P *m. 1.* || 5 carceres aestuant *Cornelissen coll. Tert. apol. 44* || 9 sors *Heumann;* sortis P || 11 fatus *Sabaeus;* fatum P || 17 uberius *Meursius;* verius P || 20 qui potest *Wowerus et Perizonius;* quis potest P || 25 [pascua] *Ursinus;* pecua *Gelenius.*

sunt, quae omnia, si non concupiscimus, possidemus.
igitur ut qui uiam terit eo felicior quo leuior incedit, 6
ita beatior in hoc itinere uiuendi, qui paupertate se
subleuat, non sub diuitiarum onere suspirat. et tamen 7
facultates, si utiles putaremus, a deo posceremus; uti-
que indulgere posset aliquantum, cuius est totum.
sed nos contemnere malumus opes quam contingere:
innocentiam magis cupimus, magis patientiam flagita-
mus, malumus nos bonos esse quam prodigos. et
quod corporis humani uitia sentimus et patimur, non
est poena, militia est. fortitudo enim *in* infirmitati- 8
bus roboratur et calamitas saepius disciplina uirtutis
est. uires denique et mentis et corporis sine laboris
exercitatione torpescunt. omnes adeo uestri uiri fortes,
quos in exemplum praedicatis, aerumnis suis inclyti
floruerunt. itaque et nobis deus nec non potest sub- 9
uenire nec despicit, cum sit et omnium rector et
amator suorum, sed in aduersis unumquemque ex-
plorat et examinat, ingenium singulorum periculis
pensitat, usque ad extremam mortem uoluntatem ho-
minis sciscitatur, nihil sibi posse perire securus. ita-
que ut aurum ignibus, sic nos discriminibus arguimur.
Quam pulchrum spectaculum deo, cum Christianus 37
cum dolore congreditur, cum aduersum minas et sup-
plicia et tormenta componitur, cum strepitum mortis et
horrorem carnificis inridens inculcat, cum libertatem

1 Senec. provident. 6, 2. — 10 s. ibid. 4, 12. — 11 ad Corinth. II 12, 9.— 12 Senec. provident. 4, 6; cfr. Octav. c. 12, 2.—14 Senec. provident. 4, 6; 2, 2. — 16 cfr. Octav. 12, 2. — 20 cfr. Verg. Aen. II 447.— 22 Senec. provident. 5, 9; ep. Petr. I 1, 7; Sir. 2, 5; Proverb. 17, 3. — 24 cfr. Octav. c. 12, 4; Gellius XII 5, 3; Senec. provident. 2, 7; 9.

11 Augustin. de civ. dei IV 3 extr.— 14 Tertull. ad martyr. 3.— 23 Lactant. de mort. persec. 16, 6; Cyprian. epist. 10, 2.

---

3 itineri P *m. 1* || 7 contingere *Oehler;* continere P || 10 humana P *corr. Heumann* || 11 in *addidit Ursinus.* || 26 inripiens P, inridens *Gelenius.*

suam aduersus reges et principes erigit *et* soli deo
cuius est cedit, cum triumphator et uictor ipsi qui
aduersum se sententiam dixit insultat! uicit enim qui
2 quod contendit obtinuit. quis non miles sub oculis
imperatoris audacius periculum prouocet? nemo enim
praemium percipit ante experimentum. et imperator
tamen quod non habet non dat: non potest propagare
3 uitam, potest honestare militiam. at enim dei miles
nec in dolore deseritur nec morte finitur. sic Chri-
stianus miser uideri potest, non potest inueniri. uos
ipsi calamitosos uiros fertis ad caelum, *ut* Mucium
Scaeuolam, qui, cum errasset in rege, perisset in ho-
4 stibus, nisi dexteram perdidisset. et quot ex nostris,
non dextram solum, sed totum corpus uri cremari sine
ullis eiulatibus pertulerunt, cum dimitti praesertim
haberent in sua potestate! uiros cum Mucio uel cum
5 Aquilio aut Regulo comparo? pueri et mulierculae
nostrae cruces et tormenta, feras et omnes supplicio-
rum terriculas inspirata patientia doloris inludunt.
6 nec intellegitis, o miseri, neminem esse qui aut sine
ratione uelit poenam subire aut tormenta sine deo
7 possit sustinere; nisi forte uos decipit, quod deum
nescientes diuitiis afluant, honoribus floreant, polleant
potestatibus. miseri in hoc altius tolluntur, ut deci-
dant altius. hi enim ut uictimae ad supplicium sagi-

1 cfr. Flor. I 16 (21). — 6 ad Timoth. II 2, 5. — 8 ibid. II 3, 3. — 10 Senec. provident. 3, 1. — 11 s. ibid. 3, 4—9. — 16 Martial. epigr. I 21, 8; cfr. Liv. II 12 s. — 22 Iuven. sat. X 106. — 23 cfr. Octav. c. 12, 5. — 24 s. Iuven. X 104 s., Psalm. 73, 18. — 25 s. Ierem. 12, 3; ep. Petr. II 2, 12; ep. Jacob. 5, 5.

3 s. Tertull. apol. 50. — 11 s. Lactant. divin. inst. V 13, 12—14. — 24 s. cfr. Claudian. in Rufin. I 22 s.

---

1 et *ante* soli *addidi* || 3 insultat *ed. pr.*, stultat P || 8 ad enim P *m. 1* || 11 ut *addidit Heumann* || 12 scevolam P || rege *Heumann* regem P || 14 non dextram solum uri, sed totum corpus cremari *Heumann* || 15 dismitti P || 22 possit *ed. pr.*, posse P || 25 suplicium P.

nantur, ut hostiae ad poenam coronantur. in hoc adeo
quidam imperiis ac dominationibus eriguntur, ut
ingenii, morum, perditae mentis licentiam potestates
libere nundinentur. absque enim notitia dei quae potest 8
esse solida felicitas, cum mors sit? somnio similis,
antequam tenetur, elabitur. rex es: sed tam times 9
quam timeris et, quamlibet sis multo comitatu stipa-
tus, ad periculum tamen solus es. diues es: sed for-
tunae male creditur et magno uiatico breue uitae iter
non instruitur, sed oneratur. fascibus et purpuris glo- 10
riaris: uanus error hominis et inanis cultus dignitatis,
fulgere purpura, mente sordescere. nobilitate genero-
sus es, parentes tuos laudas: omnes tamen pari sorte
nascimur, sola uirtute distinguimur. nos igitur, qui 11
moribus et pudore censemur, merito malis uoluptatibus
et pompis vestris et spectaculis abstinemus, quorum
et de sacris originem nouimus et noxia blandimenta
damnamus. nam in ludis currulibus quis non horreat
populi in se rixantis insaniam? in gladiatoriis homi-
cidii disciplinam? in scenicis etiam non minor furor 12
et turpitudo prolixior; nunc enim mimus uel exponit
adulteria uel monstrat, nunc eneruis histrio amorem
dum fingit, infigit; idem deos uestros inducendo stupra
suspiria odia dedecorat, idem simulatis doloribus la-
crimas uestras uanis gestibus et nutibus prouocat: sic
homicidium in uero flagitatis, in mendacio fletis.

6 s. cfr. Laberius (v. 126 Ribb.) ap. Sen. de ira II 11, 3; Senec. Oedip. 705; Auson. sept. sapient. sent. 4, 5 (p. 105 W); Solon. ap. Anton. Meliss. serm. περὶ βασιλέως (Orelli opuscul. Graec. sent. I 162, 19); Publil. Syr. 338 Ribb. — 7 s. Senec. Herc. Oet. 607. — 13 Apul. de deo Socr. c. 23. — 16 cfr. Octav. c. 12, 5.

6 s. Ps. Senec. de moribus 61. — 14 Cyprian. ad Donat. c. 8. Lactant. divin. inst. VI 20, 27—35. — 16 Tertull. apol. 42.

---

3 ingenii, morum *Maehly;* ingenium eorum P || licentiam potestates (= ἀρχαί) *scripsi;* licentiae potestatis P || 6 es sed *Rigaltius;* esset P *m. 1,* es et *m. 2* || 12 nobilitates P *m. 1,* s *erasa* || 20, 21 furor et *Meursius;* furore P || 23 infigit *anonymus Parisinus;* infligit P || induendo P *corr.* *Vonck.*

38 Quod uero sacrificiorum reliquias et pocula delibata
contemnimus, non confessio timoris est, sed uerae liber-
tatis adsertio. nam etsi omne quod nascitur ut inuio-
labile dei munus nullo opere conrumpitur, abstinemus
tamen, ne quis *nos* existimet aut daemoniis, quibus
2 libatum est, cedere aut nostrae religionis pudere. quis
autem ille qui dubitat, uernis indulgere nos floribus,
cum carpamus et rosam ueris et lilium et quicquid
aliud in floribus blandi coloris et odoris est? his enim
et sparsis utimur mollibus ac solutis et sertis colla
conplectimur. sane quod caput non coronamus, igno-
scite; auram bonam floris naribus ducere, non occipitio
3 capillisue solemus haurire. nec mortuos coronamus.
ego uos in hoc magis miror, quemadmodum tribuatis
exanimi aut sentienti facem aut non sentienti co-
ronam, cum et beatus non egeat et miser non gau-
4 deat floribus. at enim nos exsequias adornamus eadem
tranquillitate qua uiuimus, nec adnectimus arescentem
coronam, sed a deo aeternis floribus uiuidam sustine-
mus; quieti, modesti, dei nostri liberalitate securi spem
futurae felicitatis fide praesentis eius maiestatis ani-
mamus. sic et beati resurgimus et futuri contempla-
5 tione iam uiuimus. proinde Socrates scurra Atticus
uiderit nihil se scire confessus, testimonio licet falla-
cissimi daemonis gloriosus, Arcesilas quoque et Car-

2 s. ad Corinth. I 10, 14 s. — 4 s. ad Timoth. I 4, 4. — 7 cfr. Octav. c. 12, 6. — 10 cfr. Tibull I, 7, 52; Verg. Aen. VII 48. — 19 epist. Petr. I 5, 4; ad Corinth. I 9, 25. — 22 cfr. Octav. c. 12, 6. — 23 Cic. de deor. nat. I 93; cfr. Octav. 13, 1 s.

2 s. Tertull. de spectac. c. 13. — 11 s. Tertull. apol. 42; de coron 14. — 23. cfr. Lactant. divin. inst. III 20, 15.

2 contemnim' P *sed* im' *in ras. m. 2* || 5 nos *addidit Heumann* || 8 carpamus *Stewechius (ad Apul. met. X p. 382)*; capiamus P || 12 bonam *Halm;* bona P *m. 1*, boni *m. 2* || 13 capillis sue olemus P || 15 exanimi aut sentienti facem *Ursinus* et *Salmasius (Exercc. Plin. p. 963 ed. Par.);* aut non sent. P || 17 ad enim P || 20 quieti *Rigaltius;* qui et P || 21, 22 animamur P *corr. Vahlen* || 25 arcaesilaus P.

neades et Pyrro et omnis Academicorum multitudo deliberet, Simonides etiam in perpetuum conperendinet: philosophorum supercilia contemnimus, quos corruptores et adulteros novimus et tyrannos et semper ad-
uersus sua uitia facundos. nos, *qui* non habitu sapien- 6
tiam sed mente praeferimus, non eloquimur magna sed uiuimus, gloriamur nos consecutos quod illi summa intentione quaesiuerunt nec inuenire potuerunt. quid ingrati sumus, quid nobis inuidemus, si ueritas diuinitatis nostri temporis aetate maturuit? fruamur bono nostro et *regula* recti sententiam temperemus: cohibeatur superstitio, impietas expietur, uera religio reseretur.'

Cum Octauius perorasset, aliquamdiu nos ad silen- 39
tium stupefacti intentos uultus tenebamus; et quod ad me est, magnitudine admirationis evanui, quod ea, quae facilius est sentire quam dicere, et argumentis et exemplis et lectionum auctoritatibus adornasset et quod maleuolos isdem illis quibus armantur philosophorum telis retudisset, ostendisset etiam ueritatem non tantummodo facilem sed et fauorabilem.

Dum istaec igitur apud me tacitus euoluo, Caecilius 40
erupit: 'ego Octauio meo plurimum quantum, sed et mihi gratulor nec expecto sententiam. uicimus et ita; ut improbe usurpo uictoriam. nam ut ille mei uictor est, ita

4 Senec. (frg. 18) ap. Lactant. divin. inst. III 15, 11. — 6 Iustin. apol. I 16; cohort. ad gent. c. 35; Tatian. or. ad Graec. c. 26; Athenagor. supplic. pro Christian. c. 11 et 33; Origin contra Cels. II 73. — Verg. Aen. II 1.

3 s. Tertull. apol. 46. — 6 Cyprian. de bono patient. c. 3 init.

---

2 comperendinet *Sabaeus;* conpraehendi nec P || 5 qui *addidit Ursinus* || 6 raeferimus P *m. 1, addita* p *m. 2* || 7 sumam P || 9 invidemur P || 11 regula *addidit Dombart* || 12, 13 reseretur *Boot;* reservetur P; reformetur *Baehrens* || 14 aliquandiu P *corr.* || 19 malevolos P *corr. ex* malevolis || 20 retudisse P || 21 faborabilem P || 22 iste haec P || 23 *post* quantum *inserit* P: eadem tranquillitate qua vivimus, *quae verba ex c. 38, 4 repetita delevit Ursinus.*

2 ego triumphator erroris. itaque quod pertinet ad summam quaestionis, et de prouidentia fateor et *de* deo cedo et de sectae iam nostrae sinceritate consentio. etiam nunc tamen aliqua consubsidunt non obstrepentia ueritati sed perfectae institutioni necessaria, de quibus crastino, quod iam sol occasui decliuis est, ut de toto congruentes promptius requiremus.'

3 'At ego' inquam 'prolixius omnium nostrum uice gaudeo, quod etiam mihi Octauius uicerit, cum maxima iudicandi mihi inuidia detracta sit. nec tamen possum meritum eius uerborum laudibus repensare; testimonium et hominis et unius infirmum est. habet dei munus eximium, a quo et inspiratus orauit et obtinuit adiutus.'

4 Post haec laeti hilaresque discessimus, Caecilius quod crediderit, Octauius [gaudere] quod uicerit, ego et quod hic crediderit et hic uicerit.

6 Cic. de deor. nat. III 94.— 14 s. ibid. III 95.

---

1 triumfator P || pertineat P *corr. Ursinus* || 2 de deo *Ursinus* deo P || 7 congruentes *Vahlen;* congruentius P || 8 ad ego P *m.1* || 9 vicem *Heumann* || 12 infirmium (*tertia* i *erasa*) P || 15 gaudere *secluserunt P. Daniel et Ursinus* || 16 quod et *Heumann.*

VETERA DE MINUCIO TESTIMONIA.

ca. 303 a.D.

1. Lactant. div. inst. (ed. Brandt, Wien 1890) I 11, 55: Minucius Felix in eo libro, qui Octavius inscribitur, sic argumentatus est: Saturnum, cum fugatus esset a filio in Italiamque pervenisset, Caeli filium dictum.

2. Lactant. div. inst. V 1, 22: eo fit, ut sapientia et veritas idoneis praeconibus indigeat. Et si qui forte litteratorum se ad eam contulerunt, defensioni eius non suffecerunt. Ex iis, qui mihi noti sunt, Minucius Felix non ignobilis inter causidicos loci fuit. Huius liber, cui Octavio titulus est, declarat, quam idoneus veritatis assertor esse potuisset, si se totum ad id studium contulisset.

3. Hieronymus de vir. illustr. (catalogus scriptorum ecclesiasticorum) cap. 58 ed. Ben. IV 2 p. 117: Minucius Felix, Romae insignis causidicus, scripsit dialogum Christiani et ethnici disputantium, qui Octavius inscribitur. Sed et alius sub nomine eius fertur 'de fato vel contra mathematicos', qui cum sit et ipse diserti hominis, non mihi videtur cum superioris libri stilo convenire. Meminit huius Minucii et Lactantius in libris suis.

4. Hieronymus ep. 83 ad Magnum ed. Ben. IV 2 p. 656: veniam ad Latinos, quid Tertulliano eruditius, quid acutius? Apologeticus eius et contra gentes libri cunctam saeculi obtinent disciplinam. Minucius Felix, causidicus Romani fori, in libro, cui titulus Octavius est et in altero contra mathemathicos (si tamen inscriptio non mentitur auctorem), quid gentilium scripturarum dimisit intactum?

5. Hieronymus ep. 35 ad Heliod. epitaph. Nepot. ed. Ben. IV 2 p. 271: ... eruditissimus habebatur. Illud, aiebat, Tertulliani, istud Cypriani; hoc Lactantii, illud Hilarii est. Sic Minucius Felix, ita Victorinus, in hunc modum est locutus Arnobius.

6. Hieronymus ep. 30 apol. ad Pamm. pro libr. adv. Jovin. ed. Ben. IV 2 p. 236: taceo de Latinis scriptoribus Tertulliano, Cypriano, Minucio, Victorino, Lactantio, Hilario.

7. Hieronymus comment. in Isaiam prophetam VIII praef. ed. Ben. III 1 p. 207: qui si flumen eloquentiae et concinnas declamationes desiderant, legant Tullium, Quintilianum ... et ut ad nostros veniam, Tertullianum, Cyprianum, Minucium, Arnobium, Lactantium, Hilarium.

8. Eucherius ad Valerianum ed. Desid. Erasmus Basil. 1531 p. 301: Et quando clarissimos facundia Firmianum Minucium, Cyprianum, Hilarium, Joannem, Ambrosium ex illo volumine numerositatis evolvam?

I. INDEX SCRIPTORUM.

II. INDEX NOMINUM ET RERUM.

III. INDEX VERBORUM RERUMQUE GRAMMATICARUM NOTABILIUM.

---

rerum discriptio et motus infinitae mentis deus dicitur 19, 6; Iovem narrat Briareo liberatum 23, 4; ut accepimus factum Aegyptio regi 23, 12; Romanis totiens inpiatum est, quotiens triumphatum 25, 6; quae paulo ante tibi dicta sunt 27, 4; corpus omne ... deo, elementorum custodi, reservatur 34, 10; ut ostensum magis ac philosophis 27, 1. *dativus iudicantis*: deo admodum pauci sumus 33, 1; deo una domus est mundus hic totus 33, 1; tu perire et deo credis, si quid oculis nostris hebetibus subtrahitur 34, 10. *dativus finalis*: deliberationi diem petiit 13, 4; quod esset corpori meo siccandis humoribus de marinis lavacris blanda et adposita curatio 2, 3. *dativus pro genetivo*: ut sit Romanis numinibus cum sua sibi natione captivus 10, 4; nec nomen deo quaeras, deus nomen est 18, 9; Platoni apertior de deo et rebus ipsis et nominibus oratio est 19, 14; Stoicis constans opinio est 34, 2

de *pro ablativo instrumenti vel causae*: de marinis lavacris curatio 2, 3; ludorum de somnio plebei hominis iteratio 7, 3; de oraculo testimonium meruit prudentiae 13, 2; altius moveor non de praesenti actione, sed de toto genere disputandi 14, 3; de equorum hinnitu augurantes principatum 18, 6; qui initiari nos dicit aut credit de caede infantis et sanguine 30, 1; de vestro numero carcer exaestuat 35, 6; nec de fato quisquam solacium captet 36, 1. *saepissime* de = ex: cum de tenebrarum profundo in lucem sapientiae emergerem 1, 4; testam legere de litore 3, 6; de hominibus aves et feras (*sc.* ortas esse) 20, 4; de civitate eiecit 23, 2; deus aereus de inmundo vasculo conflatur 23, 12; templa omnia de manubiis, id est de ruinis urbium, de spoliis deorum, de caedibus sacerdotum (*sc.* orta sunt) 25, 5; de corporibus exiguntur 27, 5; de capro etiam et homine mixtos deos 28, 7; de paucis innumeri facti, de egentibus divites, de servientibus reges 33, 3; de nihilo nasci ... de nihilo reparari 34, 9; de Stygia palude ambiens ardor 35, 1; de oraculis prophetarum cognita 35, 1. de = propter: qui de suis dictis sapientes esse meruerunt 19, 4; nec nobis de nostra frequentia blandimur 33, 1. (= quod attinet): de incendio mundi ... non credere vulgaris erroris est 34, 1. *pro genetivo*: specta de libris (= librorum) memoriam 7, 2; de oraculis (oraculorum) fata 7, 5; de geminis memoria 18, 6; de diis hominibus secretum 21, 3; de vestra veneratione culturam 23, 12. (*adverbialiter*): de toto 40, 2; de toto integro 4, 4; de cetero 16, 4; de proximo 27, 7. — de matrimonio (= maritatae) mulierculae 25, 3; de harena (= arenariae) ferae 39, 6. *cfr.* fateri confiteri nasci

imperitiores 8, 4; simpliciores 14, 6; nequiora 9, 1; philosophorum, quibus illustrior gloria est 20, 1; mendaciis dulcioribus 23, 8; inconsultius 25, 10; quod nec aetas potest pati mollior nec cogi servitus durior 28, 11. *comparativus pro superlativo:* is in pueris se ferebat victorem, cuius testa procurreret longius et frequentius exsiliret 3, 6; quod est in liberis amabilius 2, 2; sic apud nos religiosior ille qui iustior 32, 3; paene in pluribus virginibus 25, 10; pluribus falsis involuta 27, 1; magna religione conquiritur, quae plura possit adulteria numerare 24, 3; ut in pluribus nescias 5, 1; sapientium clariores 34, 6. *superlativus pro positivo:* ut libram teneas aequissimi iudicis 5, 1. *superlativus pro comparativo:* utrum unius imperio an arbitrio plurimorum caeleste regnum gubernetur 18, 5. *diversi gradus coniuncti: positivus et comparativus:* collectis imperitioribus et mulieribus credulis 8, 4; Trasimenus Romanorum sanguine et maior et decolor 7, 4; *positivus et superlativus*: Octavi boni et fidelissimi contubernalis memoria. *cfr.* magis nimis nimium proximior satis

grassari in deos 8, 3

gratia indicii 28, 2

gravare deorsum a caelo 27, 2

habere (*absolute* = possidere): quod non habet, non dat 37, 2; haberi = esse: philosophos ... habitos esse plebeios 16, 5; *c. dupl. accus.* 6, 1; 21, 1; 25, 7; cum Octavius integra et inlibata habeat omnia 15, 1

habilis (*c. gen.*) rationis et sensus capaces et habiles 16, 5

habitus (*plur.*) 22, 5

harenae (*plur.*) 3, 3

haurire auram bonam 38, 2

hendiadys figura: dulcedo et adfectio 1, 1; in lucem sapientiae et veritatis 1, 4; convictus et familiaritas 1, 5; vento et flatibus 32, 5

hiatus 7, 3

hibernum (= hiems): in hiberno 34, 11

hic: (*abundanter*) cum hoc sermone eius 3, 2; in hac mundi domo 18, 4; in hac imperitiae vulgaris caecitate 3, 1; hanc mundi civitatem 17, 2; in hoc itinere vivendi 36, 6; hac (= huius) spectaculi voluptate 4, 1; in hac impietatis disciplina 8, 2. (*anaphorice*) hic ... miscuit, hic ... composuit 23, 3; huius sanguinem lambunt, huius membra dispertiunt, hac foederantur hostia, hac conscientia sceleris pignerantur 9, 5; haec nostra sacrificia, haec dei sacra sunt 32, 3. — hic — hic = hic — ille: quod hic crediderit et hic vicerit 40, 4. hic = is: ab his (= ab iis) 28, 2; invitis his 21, 10; in his 28, 3; his ... utimur 38, 2. — quid hoc est rei 4, 2; quosdam et hoc (καὶ ταῦτα) studiorum rudes 5, 4; et hoc genus cetera 19, 12; in hoc: ego vos in hoc magis miror 38, 3; (= ad hoc) quae omnia in

---

Druck von B. G. Teubner in Dresden.

Verlag von B. G. Teubner in Leipzig.

Unsere Muttersprache, ihr Werden und ihr Wesen.

Von Prof. Dr. O. Weise.

4., verb. Auflage. [VIII u. 269 S.] 8. In Lnwd. geb. 2 Mk. 60 Pf.

Diese Schrift, der vom Allgemeinen Deutschen Sprachverein die höchste bisher zuerkannte Auszeichnung verliehen worden ist, hat sich vom Tage ihres Erscheinens an einer stets wachsenden Zahl von Verehrern zu erfreuen gehabt. Sie ruht auf wissenschaftlicher Grundlage, ist jedoch gemeinverständlich und überaus anregend geschrieben und erscheint so geeignet, die äußerliche Auffassung vom Wesen unserer Muttersprache zu bekämpfen und die weiten Kreise der Gebildeten zu fesseln und zu unterrichten.

Deutsche Götter- und Heldensagen.

Von Dr. Adolf Lange,

Direktor des Gymnasiums und der Realschule zu Höchst a. Main.

Nach den besten Quellen für Haus und Schule dargestellt.

Mit zwölf Originallithographien von Robert Engels.

Zweite, verbesserte Auflage. [XII u. 403 S.] gr. 8. In Leinw. geb. 6 Mk.

..... Auch die schöne Ausstattung wird dazu beitragen, dem Buche Freunde zu gewinnen: die Lithographien, mit denen Engels es geschmückt hat, verdienen es; sie sind in ihrer eindrucksvollen Größe in hohem Maße geeignet, auf die Jugend zu wirken. ..... Langes Buch sollte ein Hausbuch für die Familie werden, um sie mit der Sagenwelt unserer Altvorderen, ihren Sitten und Anschauungen vertraut zu machen; es wird gewiß Teilnahme und Freude an der Sache erwecken und dadurch die Jugend auf die deutsche Geschichte vorbereiten.

Zeitschr. f. lateinl. höh. Schulen. XIV. Jahrg. Heft 11/12.

Deutsche Heldensagen.

Dem deutschen Volke und seiner Jugend wiedererzählt von Karl Heinr. Keck.

Zweite, vollständig umgearbeitete Auflage, besorgt von Dr. Bruno Busse.

1. Band. 1. Teil: Gudrun. 2. Teil: Nibelungen.

Mit 7 Originallithographien von Robert Engels.

[VIII u. 306 S.] 8. In Leinw. geb. 3 Mk.

Die alten Sagen unseres Volkes in neuer Form, aber altem Geist zu erzählen, war die Absicht des Verfassers bezw. Bearbeiters des ersten Buches, und er hat es vortrefflich verstanden die alte Sagenwelt unserer Heldenvorzeit zu lebendiger, anschaulicher Darstellung zu bringen und zu zeigen, daß der Zauber, den sie zu ihrer Zeit ausgeübt, noch nicht an Kraft verloren hat. Mit Recht betont er, daß in seiner Heldensage das deutsche Volk des Mittelalters sein Hoffen und Lieben am klarsten ausgeprägt hat, daß in ihr sich der Geist deutscher Vorzeit noch heute am echtesten offenbart. ....

Zeitschr. f. lateinl. höh. Schulen. XIV. Jahrg. Heft 11/12.

Verlag von B. G. Teubner in Leipzig.

Aus Natur und Geisteswelt.

Sammlung wissenschaftlich-gemeinverständlicher Darstellungen aus allen Gebieten des Wissens

Preis des Bändchens nur 1 Mark.

in Bändchen von 130—160 Seiten. Jedes Bändchen ist in sich abgeschlossen und einzeln käuflich.

Geschmackvoll gebund. nur 1.25 M.

Als wertvolles, nützliches Geschenk empfehlen sich besonders:

5 Bändchen, nach Wahl, gebunden, in geschmackvollem, dauerhaftem Geschenkkästchen, das sich zum Aufstellen wie Aufhängen eignet, zum Preise von 6 Mk. 50 Pf.

Besonders seien empfohlen:

Geographische Bibliothek.

Gruber, Deutsches Wirtschaftsleben.
Günther, Geschichte des Zeitalters der Entdeckungen.
Hassert, Die Polarforschung.
Janson, Meeresforsch. und Meeresleben.
Kirchhoff, Mensch und Erde.
Scheiner, Der Bau des Weltalls.
Weise, Die deutschen Volksstämme und Landschaften.

Technische Bibliothek.

Launhardt, Am sausenden Webstuhl der Zeit.
Merckel, Ingenieurtechnik der Neuzeit.
Scheffer, Mikroskope.
Scheid, Die Metalle.
Vater, Wärmekraftmaschinen.
Wedding, Das Eisenhüttenwesen.

Naturwissenschaftliche Bibliothek.

Auerbach, Die Grundbegriffe der modernen Naturlehre.
Blochmann, Luft, Wasser, Licht u. Wärme.
Eckstein, Kampf zwischen Mensch und Tier.
Giesenhagen, Unsere wichtigsten Kulturpflanzen.
Graetz, Das Licht und die Farben.
Haacke, Bau und Leben des Tieres.
Hesse, Abstammungslehre und Darwinismus.

Deutsche Bibliothek.

Bruinier, Das deutsche Volkslied.
Gruber, Deutsches Wirtschaftsleben.
Heil, Deutsche Städte und Bürger im Mittelalter.
Kautzsch, Die deutsche Illustration.
Loening, Die deutsche Reichsverfassung.
Matthaei, Deutsche Baukunst.
Otto, Deutsches Frauenleben.
Otto, Das deutsche Handwerk.
Weise, Die deutschen Volksstämme und Landschaften.

Medizinische Bibliothek.

Biernacki, Moderne Heilwissenschaft.
Buchner, Gesundheitslehre.
Frentzel, Ernährung u. Volksnahrungsmittel.
Sachs, Der menschliche Körper.
Schumburg, Tuberkulose.
Zander, Leibesübungen.
Zander, Nervensystem.

Volkswirtschaftliche Bibliothek.

Gruber, Deutsches Wirtschaftsleben.
Loening, Reichsverfassung.
Lotz, Verkehrsentwickelung in Deutschland.
Maier, Soziale Bewegungen u. Theorien.
Otto, Das deutsche Handwerk.
Unold, Aufgaben und Ziele des Menschenlebens.

Pädagogisch-philosophische Bibliothek.

Kreibig, Die fünf Sinne des Menschen.
Külpe, Die Philosophie der Gegenwart.
Rehmke, Die Seele des Menschen.
Unold, Aufgaben und Ziele des Menschenlebens.
Weinel, Gleichnisse Jesu.
Zander, Leibesübungen.
Ziegler, Allgemeine Pädagogik.

Kulturhistorische Bibliothek.

Böhmer-Romundt, Die Jesuiten.
Borinski, Das Theater.
Kautzsch, Die deutsche Illustration.
Matthaei, Die deutsche Baukunst.
Otto, Das deutsche Handwerk.
Schwemer, Restauration und Revolution.
Soden, Palästina.
Weise, Schrift- und Buchwesen.
Weise, Die deutschen Volksstämme und Landschaften.

Auf Wunsch ausführliche illustrierte Prospekte umsonst und postfrei.

Verlagsbuchhandlung B. G. Teubner in Leipzig.

281640 LL
M6683Bo
Author Minucius Felix, Marcus
Title Octavius; ed. by Herm. Boenig.

DATE. | NAME OF BORROWER.
Oct 17/41 | [illegible]

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
Under Pat. "Ref. Index File"
Made by LIBRARY BUREAU

206. v. Volkmann, ...
207. Lieber, Heiderot.
208. Biese, Einsamer Hof.
216. v. Volkmann, Herbst in der Eifel.

Auf Wunsch ausführliche illustrierte Kataloge unentgeltlich und postfrei.